SI † loculpes egenti heres extiterit, videamus an ea res testamento datis libertatibus proficiat, vt creditores fraudari (non) videantur. Et sanè sunt quidam, qui cum heres loculpes exiteret, tale esse crediderunt, quale si ipse testator adauctis postea facultatibus decessisset. Sed mihi traditum est l, hoc iure nos vti, vt ad rem non pertineat, loculpes, an egens heres extiterit, sed quarum facultatium testator decesserit m, quam sententiam Iulianus adeo sequitur, vt existimet necū quidem libertatem conficturū, quem is qui soluendo non esset, ita liberum esse iussisset, *cum ea alienum solarum erit, Stichus liber esto.* Sed non hoc est consequens Sabini & ¢ aliij sententiæ, quam & ipse sequi videtur, qui existimat, consilium n quemque manumittētis spectare debere. Nam qui sub ea conditione seruū suum liberum esse iubet: tadiò sine fraudis consilio liberum esse iubet, vt apertissimè curare o videatur ne creditores sui fraudentur.

k ¶ Non iniuſſu alius non iuſſu. ACCVRS.

l ¶ *Parere. l. dari x. ad reimpensionem.*

m ¶ *Peruenerat de bustis heredis.*

n ¶ *Non eogauere.* id est obtinuit parere nō fuerit. M. *& facit l. de edicto. ab comm. l. ij. §. fin.*

* Non eogauere, aliàs non peruogauere, in quo editum deeſt non.

o Hereditate aliqui relicta gravibus & per fideicommissum. *l. sum. l. in edict. no* est heredis velle nec non ex hereditate. nec ex fideicommisſaria adire *ar. de Cod. C. ij. ex edicto.*

GAIVS.] Licet diues succedat pauperi, non propter hoc libertates datæ testamento valent amplius: licet quidam dicerent contra, & male. Secundò dicit: quidam non soluendo existens reliquit libertatem seruo suo, cum ea alienum fit eolutum. Dicunt quidam non effici liberum. Alij dicunt quòd hoc valet, cum non in fraudem creditorum in manumissus. FRANC.

† Si quis loculpes.

p ¶ *Traditum est. & here. ¶. & Cord. l. in fraudem. ¶. ¶. qui & à quibus. hereditat. & l. si mortis. §. fin.*

q ¶ *Tacitum.* non tamen ostenditur tempore mortis, sed adire hereditatem vt *dicit l. si mortis. in fin.*

r ¶ *Consilium.* de directa ergo dicit: quia in fideicommissaria sufficit solus euentus vt *Caius ma. non pos. l. j. & l. fin.*

s ¶ *Curare.* sic ergo qui apponit b conditionem, videtur velle eam adimpleri. *sic C. de condit. inser. seruum pœnæ.* Sed arg. contra. *C. de condit. instit. l. verbe* c. ¶ Et not. hæc

b Conditioni apposita restringitur à grauato impleta.

c Hoc idem conditionem, quia ibi exercitio nullum nouum effectum indicat. *Vide Alberic. ibi.*

l. mirum quod hic non erit liber nisi conditione impletâ: tamen potest à creditoribus in seruitutem transeuntibus ab herede domini: vt *ne. C. ad. l. qui habebat. §. fin.* x. Vel verūs d vt in alio seruo fiet in illo: quia non videtur ei fuisse data libertas: vt ¶ *ad. l. Titia. §. fin.*

d *Verum est.*] CASVS. In testamento reliqui libertatem seruo: tandem cum vendidi, quæritur an libertas extincta videatur: &

480/C.IV.K.5-3, 231-232
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

480/C.IV.K.5-3, 233-234

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

per Senatusc. & erunt liberi illorum præsentium, & absentium iusta de causa. FRANC.

a ¶ *Alijne.* qui [a] illi sint, habes *J. eod. l. si eum. §. fi. & Lucque in sanctis. & Ioan. tamelum. §. senatusc.* ACCVRS.

b ¶ *Latinus.* De [b] hoc dic vt *J. quibus ex caus. in possess. ea. l. Falcinus. §. quid sit latinus. & §. latinæ. & §. illud secundum.* ACCVRS.

c ¶ *Liber mis.* ex Rubriano [c] senatusconsulto. vt *J. eod. Lucius titius. §. substituitur.*

d ¶ *Mo.* scilicet præsentibus, & [d] ex iusta causa absentibus.

e ¶ *Profecit.* vt eorum tantum sit libertas: vt *J. eod. l. si eum. §. eorum. & l. sequit.* & facit *J. eod. l. si legatarius. §. fin.*

f *quis.*] CAVVE. Quidam ab intestato decedens in codicillis reliquit per fideicommiss. libertatem seruis suis, eandem nullus ei succedere vult. Dicitur quod *Iauor* consti. diui Marci extenditur ad hunc casum, scilicet vt vnus seruus sit liber, & habeat bona defuncti, si idoneè vult cauere creditoribus domini de saluandis omnibus debitis: & etiam absque præmissione tenebitur creditoribus domini vtili. & hæc sunt vera quando est certum nullam aliam velle succedere. si autem est dubium, non habet hoc locum. Sed quid si ille qui posset succedere ab intestato, est minor XXV. ann. & nolit succedere, imò repudiat, an vnus de seruis possit accipere bona? & videtur quòd non: quia potest restitui, & bona habere. sed tamen dicitur quòd bene vnus de seruis potest petere bona, & habebit, & erit liber, & omnes alij serui quibus testator reliquerat libertatem: nec erunt cauere libertates, licet minor restituatur, & habeat bona. Item dicit quòd quando vnus de seruis petit, siue petat præcipuum aliis conseruis omnibus, siue non, siue etiam inuitis: non est via. nam omnes erunt amodò liberi: & quibus quid relicta erat libertas, statim erunt liberi. quibus ex die, die remanet: quibus ex conditi. conditi. veniente. & etiam si omnibus relicta erat libertas sub conditi. præsicta habebunt locum, vt vnus de seruis possit interim accipere bona defuncti domini. & si aliquibus relicta erat libertas, si decesserit x. heredi: dati debebant ei seruo qui accipit bona defuncti. Postea dicis: serui quibus per fideicommissum erat libertas relicta, erunt manumittendi ab illo seruo qui acceperat bona defuncti domini, tanquam libertatum conseruandarum causa. ADDITIO. Ita demum audiunt seruus petens bona domini ibi addici causa libertatum conseruandarum, & idoneè cauet creditoribus domini de non debito soluendo. Idoneè [e] autem dicitur cauere, si dat fideiussores, vel pignora, vel alterè eis satisfacit ad eorum voluntatem. & debent cogi creditores omnes venire ordinatè cui cauetur nomine omnium. & debet hæc cautio præstari priusquàm accipiat bona. & continet hæc cautio omne debitum. scilicet fortem & vsuras. sed alij serui quibus erat relicta libertas in testamento quod, cuius erant liberi? & cessante testatrix, non iditus cui addicta fuit bona: nisi sub hac condi. acceperit bona, vt illi sint eius liberi: & illi conseruerunt: & ille qui efficitur patronus eorum, erit tutor eorum, vel alicuius eorum, & inuentitur aliquis eorum impubes. postea dicit: pone quòd testator rogaverat seruos alienos manumitti. ille qui accipit bona causa libertatum conseruandarum, cogetur eos emere, & manumittere. Quid si legauerat seruum suum, & eum rogauerat de manumittendo: num aliquis accipit bona causa libertatum conseruandarum? Dicitur quòd legatum tenebit, & cogetur legatarius præstare libertatem, & hæc eadem quæ dicta sunt de seruo, locum habent in filio accipiente bona alicuius defuncti causa libertatum conseruandarum, seruus & ex alia causa accipiat: vt quia caduca, vel similia de causa. Sed quid si hic testator qui reliquerat libertatem, erat minor XX. ann. & bona eius sunt addicta? Respon. libertates quas per fideicom. reliquerat, debentur, si ex tali causa reliquerat, ex qua etiam vitiens poterat manumittere. Sed quid si in fraudem creditor. reliquerat libertates, numquid debebuntur ab eo cui bona sunt addicta? & certè si vnus de seruis cui sunt addicta bona cauerit conditionibus de omnibus debitis soluendis, bene debebuntur omnes libertates: nec nocet creditoribus, cum eis sit cautum ab illo qui habet bona, de omnibus debitis soluendis. si autem filius accepit bona causa libertatum conseruandarum: adhuc idem videtur quòd non debeantur libertates cum & si adita esset hereditas à vero heredè, directæ libertates non valerent, si in odium creditorum sint relictæ. & ex hoc habent damnum. Item fideicommissariæ non valerent, si euenta fraudarentur creditores: licet non fuerit animus fraudandi. sic ergo & in nostro casu debet esse, cum filius habuerit bona. & hoc est verum. [SI ROMA.] Tribunus decretalis reliquerat libertatem seruis: & dum nemo vult succedere, venit de seruis eius vnus: & ei sunt addicta bona causa libertatum conseruandarum, postea venit filius eius & volens. bona amodò & habere vult, non audiuit. & autem eo nesciente sunt data bona vni de seruis, & nunc procura. filii vult habere bona: auditur si bona sunt bona: alioquin non. Postea dicit quòd ille cui addicta sunt bona, est loco bonor. possessionis: vade & iura sepulchrorum habet: & tenebitur ex stipulatione creditoribus heredit. si eis cauerit: alioquin non. & si pluribus, puta duobus sunt addicta bona: amodò habebunt hæc bona communia, & communes libertos, & fam. ercisc. inter se agere poterunt ad dividenda hæc bona. hoc dicit, cum duobus legibus sequentibus. FRANC.

1. IDEM *libro secundo commentariorum ad Edictum.*

IN quem [1] etiam vtiles actiones plerumque [a] creditoribus competunt.

2. IDEM *Libro secundo quinquagesimo ad Edictum.*

ERgo [1] quamdiu incertum sit vtrum existat successor, an non, cessabit constitutio: cùm certum esse cœpit [a], tunc erit constitutioni locus.

1. ¶ Si is qui [2] in integrũ restitui potest [a], abitinuerit se hereditate: an quamdiu potest in integrum restitui [a], existimamus constitutionem cessare, quia non est certum ab intestato neminem successorẽ extare? Est tamen [b] verius admittendam constitutionem [c].

2. ¶ Quid ergo si post additionem libertatium conferuandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicendum renocati libertates quæ semel [d] competierunt.

3. ¶ Illud videamus, vtrum præsentes [e] esse debeant qui libertatem acceperunt [a], an verò non. Et cùm inuitis [b] illis possint bona propter libertatem addici: vtique etiam absentibus [c].

4. ¶ Quid ergo si quidam præ-

1. Si quis [2] intestatus decedens codicillis dedit libertates [f], neque adita sit ab intestato hereditas: fauor [g] constitutionis diui Marci debet locum habere & hoc casu, quæ [h] iubet libertatem competere seruo, & bona ei addici, si idoneè creditoribus caueritde solido quod cuique debetur soluendo.

1. IDEM *libro secundo quinquagesimo ad Edictum.*

I quidam ex his qui fideicommissam libertatem debeant, præsentes sint, alij ex iusta causa absint [a], alij latitent [b]: proinde [c] is cui fideicommissaria libertas relicta est, liber erit [d], atque si soli qui adessent, & qui ex iusta causa abessent, rogati essent. Pars ergo latitantis his [e] proficit [f].

Ad conformationem eorum quæ in testamento relinquuntur, requiritur aditio ab intestato. BART.

2. IDEM *libro secundo quinquagesimo ad Edictum.*

SI quis intestatus decedens codicillis dedit libertates [a], neque adita sit ab intestato hereditas: fauore [b] constitutionis diui Marci debet locum habere & hoc casu, quæ [c] iubet libertatem competere seruo, & bona ei addici, si idoneè creditoribus caueritde solido quod cuique debetur soluendo.

a Absens ex iusta causa quis dicatur. b Latinus qui dicatur.

c Idoneè cauere qui dat fideiussores vel pignora, vel aliter adsentit eis voluntati. Satisfacit is, qui promittendo. Cede ver. fac. ff.

† Principio à sola voluntate seruitus constituitur, quæ dependet, inducitur, tollitur, & ex nuda pactione non efficitur. Inst. de usu. §. 1. vel. fin. in 4. vel. sed tamen hoc non probat, quia hic non intercedit pactum. Bal. Ange. Salic. in auth. ad Chalcid. Pet. in §. fin. quod primum. Iulia. de test. mil. Cæp. Cæcin. §. 1. & Cæc. in ult. ff. de seru. rust.

* Qu. si vellem possunt addici.

a Tamen ex iusta causa absentes, vt erunt legati, ibi citatum verba sibi.

b Heredi cui non adita hereditate seruus potest accipere bona libertatum conseruandarum causa.

c Intuito quod seruus possit, potest & abire. valet itaque argumentum sex cretio, ab intestato ad absentem.

480/C.IV.K.5-3, 235-236
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

sentes sint, quidam absentes? videamus an etiam absentibus competat libertas. Et potest dici, exemplo adiræ [a] hereditatis competere libertatem etiam absentibus.

5. ¶ Si ex die data sit libertas, an dies expectandus sit? Et puto expectandum [b], ante ergo non adicentur [c]. Quid deinde si sub conditione data sit libertas? Et si quidem aliquæ purè, aliquæ sub conditione: vtique addici statim possunt. Si omnes sub conditione: quid consequens erit dicere? verùm expectandum vt conditio existat, an verò statim addicimus, tunc demum competitura libertate, si extiterit conditio? quod magis erit probandum. Addictis itaque bonis directæ libertates purè datæ, statim [d] competunt: ex die, cum dies venerit: conditionales, cum conditio extiterit. Nec erit ab re, existimare etiam pendente conditione libertatium, licet omnes sub conditione datæ sint, constitutionem locum habere. Vbi enim libertatis spes est: ibi dicendum est vel modica data occasione [e], quod sine damno creditorum futurum est, addictionem admittendam.

Facultas implendi conditionem, ad heredem transfertur. BART.

6 ¶ Si sub conditione † dandorum decem libertas data sit: siue heredi dare iussus sit qui libertatem accepit [f], siue non sit dictum cui [g]: an dando ei cui bona addicenda sunt, perueniat ad libertatem, quæri potest. Et magis est vt ei dari debeat, cui bona addicta sint, quasi translata [h] conditio videatur. Certè si alij quàm heredi dare iussus sit: ipsi cui iussus est, dabit.

7. ¶ Si qui * fideicommissam libertatem acceperant [i], non statim vbi bona addicta sunt [k], liberi sunt: sed fideicommissam libertatem possunt consequi: hoc est, manumittendi sunt ab eo cui addicta bona sunt.

8. ¶ Addici ita demum bona voluit [l], si idoneè creditoribus cautum fuerit de solido quod cuique debetur. Ergo cauendum est idoneè. Quid est idoneè? satisfacto vtique, aut pignoribus datis. Sed si ei fides [m] habita fuerit promittenti sine satisdatione idoneè eautum videbitur.

9. ¶ Creditoribus caueri quemadmodum debet? vtrum singulis an verò omnium nomine * vni ab ipsis * creato [n]? Et oportet officio iudicis constitui, conuenire creditores, vnúmque ¶ errare, cui caueatur omnium nomine.

10. ¶ Illud videndum, antè caueri debet creditoribus, & sic addici bona: an verò sub conditione hæc sunt addicenda, si fuerit cautum. Et puto sic comprehendendũ decreto [o], si omnia [p] ex constitutione diui Marci facta sint.

11. ¶ De solido vtique sic accipiemus, de sorte & vsuris [q] debitis.

12. ¶ Hi qui ad libertatem perueuerunt, quorum liberti fiant, constitutio ostendit "vt qui directam libertatem [a]ceeperunt, [O]rcini * † erunt liberti: nisi forte is qui addici sibi bona desiderat, ita velit addici, vt etiam hi qui directam libertatem acceperunt, ipsius liberti fiant [r].

13. ¶ Qui autem volunt ipsius liberti fieri: vtrum manumittendi sint ab eo, an verò ipsa addictione hoc comprehendendum [s], hæc conditione sibi addici bona, vt hi etiam qui directam libertatem acceperunt, ipsius fiant liberti? Et puto hoc esse probandum, vt ipsa addictione hoc comprehendatur: idque verbo quoque constitutionis admittunt.

14. ¶ Cùm autem seruus libertatem manibus * est, vtique etiam tutelam † eius habebit [t] is cui bona addicta sunt.

15. ¶ Si alienos seruos rogauerat heredem manumittere, vtrum dicimus constitutionem locum habere, an verò cessabit constitutio [u]? Magisque est vt locus sit constitutioni. addictis enim bonis, redimere, & præstare libertatem cogitur à prætore.

16. ¶ Si non heres, sed legatarius rogatus fuerit manumittere: numquid cesset constitutio quòd [x] legatis non debitis nec libertates possunt deberi? Magisque est vt idem fiuor sit. Omnibus enim generaliter voluit [y] libertatem præstari, in quibus competeret si hereditas adita fuisset.

17. ¶ Eadem constitutio prospexit, vt si fiscus bona admiserit [z], æquè libertates competant. Ergo siue iacent bona fisco spectante, siue agnouerit [a], constitutio locum habet. Cæterum si alia ratione [b] adgnoscat, apparet cessare debere constitutionem. Quare & si caduci [c] legionis [d] bona delata sint, idem erit probandum [e].

18. ¶ Item si minor viginti annis dedit libertatem, dicemus non competere, nisi fideicommissam [f]. hæc enim competeret, si modo potuerit causam probare minor viginti annis, si viuus manumitteret.

19. ¶ Si in fraudem creditorum libertas data sit ab eo qui mortis tempore soluendo non est, an cõ-

480/C.IV.K.5-3, 237-238
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

perat ?] Et si quidem fiscus bona non adgnouerit, fortè competet libertas: quia solidum creditoribus offertur. Atquin [b] si adita [c] hereditas fuisset, non competeret [d]. Certè si fiscus adgnouit hereditatem, facilius probabitur cessare libertatem: nisi si quis verba constitutionis secutus, dixerit ipsum [e] sibi imputare debere, qui addici sibi hac conditione bona voluit, vt libertates competant. Si quis autem exemplum adeuntis hereditatis fecerit secutus, directæ libertates non competent, si consilium & euentus [f] fuerit fraudandorum creditorum: nec fideicommissa præstabuntur, si euentu [g] fraudentur creditores.

20. ¶ Si bona fuerint à fisco [h] non adgnita, eáque addicta [i] libertatis conseruandæ gratia, an possit fiscus postea agnoscere? Et magis est ne possit.

21. ¶ Planè si non certioratis præfectis ærario [k] a, bona fuerunt libertatis conseruandæ causa addicta, videndum est an constitutioni locus sit. Et si quidem talia fuerunt vt adgnosci deberent [l], addictio [m] cessat [n]. si verò non fuerunt*, addictioni locus est [o].

22. ¶ Is autem cui bona addicta sunt, bonorum possessori adsimilari [p] debet: & secundum hoc & iura sepulchrorum [q] potest habere.

23. ¶ Item videamus an conueniri à creditoribus possit hereditariis actionibus, an verò non nisi ex cautione quam interposuit. Magisque est vt non aliter conueniatur, quàm ex ea cautione quam interposuit [r].

24. ¶ Si duobus pluribusve addicta fuerint bona, & communem rem & communes libertos [s] habebunt, & secum familiæ erciscendæ [t] iudicio [u] experientur.

Iudex absente herede partis præmuniere seruum cui deberur fideicomm. libertas, libertum esse. quod si fuit seruus testatoris, erit eius libertus. si verò fuit seruus heredis, erit libertus ipsius heredis.

V. PAVLVS *libro quinquagesimo septimo ad Edictum.*

IN fideicommissariis libertatibus si absente herede prætor pronuntiasset libertatem deberi ?: est & liber, & defuncti libertus, si & seruus eius [a] fuit: aut heredis [b], si seruus heredis fit. Imò & si sine successore heres [c] decesserit: conseruandam esse libertatem senatus Adriani temporibus censuit.

Heres non debebit Falcidiam de legato, si id quod legatum fuit pro emendo seruo ad eum libertandum, non sufficit ad pretium seruo detrahit Falcidia, sed debet solidum legatum soluere vt seruus ematur.

VI. IDEM *libro sexagesimo ad Edictum.*

DEcem legata sunt, & rogatus est legatarius Stichum emere, & manumittere. Falcidia interuenit [d], & minoris [e] emi seruus non potest. quidem putant [f] dodrantem accipere debere legatarium, nec emere compellendum. Iidem putant [g], etiam si suum seruum [h] rogatus sit manumittere, & dodrantem ex legato acceperit, non esse compellendum manumittere. Videamus † ne vtique in hac specie [i] aliud dicendum sit [k]. Sed in superiore [l] sunt qui putant cogendum legatarium redimere seruum, & se oneri subiecisse dum accipit [m] dodrantem. Sed si paratus sit retro restituere quod accepit, an audiendus sit, videndum. Sed cogendus heres tota decem [n] præstare, perinde atque si adiecisset testator, vt integra præstentur [o].

Bonis testatoris venditis propter ære alienum, ita vt non possit solus eorum illud quod legatum est, ad emendum seruum: pro eo

---

a ¶ *Ab emptore.* bona addicta. ACCVRS.
b ¶ *Atquin.* oppositio.
c ¶ *Adita.* ex testamento.
d ¶ *Non competeret.* vt *suprà de manu. testa. l. si quis liberis.* ACCVRS.
e ¶ *Ipsum.* scilicet fiscum.
f ¶ *Et euentus vt in fine. qui ma. non poss. §. in fraudem. & l. qui in frau. cre. l. si quis eum habuerit. & supra de fideicom. l. ſ. in fin. & Cod. qui manu. non possunt. l.* ACCVRS.
g ¶ *Euentus.* etiam * folo. IOAN. vt C. *qui ma. non poss. l. in.* quid ergo erit? quidam dicunt fiscum non teneri, sed primum hoc, per verba superiora, *cessat fi. &c.* Alij dicunt indistinctè quemlibet teneri prima placet.
h ¶ *A fisco.* aliàs *fisco.*
i ¶ *Addicta.* alij: & hoc centesimo fisco & præfecto [b] ærario, secundum Ioan. vt ex sequentibus patet.
k ¶ *Præfectis ærario.* aliàs *præfecto*: & aliàs *præfecto.* & dic id est c procuratore fisci: vt ſ. *ne quod in loco pub. l. secunda. §. hæc interdictum.*
l ¶ *Deberent.* quia bucola.
m ¶ *Addictio.* facta.
n ¶ *Cessat.* id est, non valet.
o ¶ *Non fuerunt.* ſc. lacensa. ACCVRS.
p ¶ *Locum fi.* id est, remanet firma, quæ facta est. *& ad hæc ſ. de iur. fiſci. l. ſ. an legis. & ſ. de offic. proco. Cæſar. l. ſ. fin. & l. ſequen.* Secundum hanc ergo videtur dici quod primò debuit fiscus admitti quàm extraneus, ſi bona fuerunt addicta, & bona fuerunt seruata.
q ¶ *Sepulchrorum.* quia hæc bonorum possessoribus competentia ſ. *de relig. l. vel una patet. §. ſed in utroque.* secus ſi in eo cui ex Trebellianica restituta hereditas. vt ſ. *ad Trebel. Lucius primus. §. i.* ACCVRS.
r ¶ *Quam interposuit.* id est, actione ex stipulatu ſi interceſſerit: aliàs datur vtilis, dicitur ex stipulatu, cuius ficta interuenit: vt arg. ſ. *de adopt. l. hoc verbo.* Vel verùs vtilis, quæ heredi & in heredem daretur directa: vt *C. eo. l. in quem.* ACCVRS.
s ¶ *Libertos.* Non ſic transeunt in Trebellianicum successores: vt *C. ad Treb. l. ſi patronis ſolum. in princ.*
t ¶ *Erciscunda.* vtile, cum directum [b] soli heredi de iure ciuili detur: vt ſ. *fam. erciſc. l. §. ſ. & facit l. fred & eius. §. i. & l. ſi ex aſſe. in ea re.* ACCVRS.
u ¶ *Iudicio.* vti ſi, ſicut * bonorum possessores. ſoli enim heredes experiuntur directò vt *ſupra ſam. erciſc. l. i.*

IN fideicommissariis.] CAIVS. Heres rogatus de manumittendo, non manumittebat: heredi abſenti prætor pronuntiauit libertatem deberi seruo. Dicitur quòd hic seruus esset liber: & ſi fuerat defuncti seruus, eiuſdem erit libertus. ſi verò heredis erat seruus, eiuſdem heredis erit libertus. imò & ſi heres decesſit absque facto ſuo, tamen huic seruo debebitur libertas. FRANC.

y ¶ *Deberi.* quod facere debet [b]: vt *C. ad l. ſi ſeruus. i. ancillam.* ACCVRS.
z ¶ *Eius.* scilicet defuncti.
a ¶ *Heredis.* ſi liber, nisi * ex iuſta causa abeſt vt *ſ. eodem. i. ſi cum §. penult. & §. fina.* ACCVRS.
b ¶ *Heres.* qui libertatem præſtare debebat.

DECEM.] CAIVS. Legata ſunt Titio x. & rogatus eſt vt de his x. emat seruum Stichum, & manumittat. de iſto legato detraxit heres Falcidiam: & ita id quod eſt datum Titio, non ſufficit ad emendum Stichum. dicebant quidam iſtam pecuniam heredi Titium. idem dicunt & ſi hic Stichus erat ipſius Titij, vt hæredi pecu. & non compellitur manumittere. Sed tamen in iſto caſu quando eſſet Titij Stichus, ſine dubio compellitur manumittere. at in ſuperiori caſu liceret opiniones eſſent olim ſuper hoc, tamen dicit quòd heres non debet detrahere Falc. FRANC.

c ¶ *Interuenit.* vt minus decem legatarius conſequatur.
d ¶ *Et minoris.* quàm ſint decem.
e ¶ *Putant.* & malè. ACCVRS.
f ¶ *Idem putant.* ſi. milliter & malè.
g ¶ *Seruum.* legatarij.
h ¶ *Specie* id eſt, quando de ſuo eſt rogatus. ACCVRS.
i ¶ *Dicendum ſi.* & verè aliud dicendum, vt quantumcumque accepérit, omnino manumittat vt *C. ad l. Falc. l. ſi eo. & ſ. eo. l. ſi debitor. §. i.*
k ¶ *Superiore.* caſu quando eſt rogatus emere ſeruum, & manumittere.
l ¶ *Vel.* pro ſalem. ACCVRS.
m ¶ *Tota decem.* Falcidia non detracta: vt *C. ad l. Falc. in d. l. ſeru.* & ſic eſt contra. ſ. *ad l. ſi legatario. i. negan.* Sed ibi de *ſuo* ſeruo, idè de alieno. Item contra. ſ. *ad l. Falc. l. ſi ſeruus. cum tribus ſequen.* vbi dicit Falci. detrahi etiam de eo quod relinquetur vt alienum redimat & manumittat. Solu. ibi tantùm erat in dodrante, quòd ſeruus emi poterat, hîc non ſic ſ. *ad l. generaliter. §. ſi quis alienum & ſ. proxi.*
n ¶ *Præſtentur.* vt * in hoc legato ceſſat Falcidia. quæritur modus ſi nocuerit teſtatori diciſſet ne Falcidia locum habere: vt in auth.

480/C.IV.K.5-3, 239-240
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

de hæredi. & Falcid. § si cuiè expressum. Sed argument. contra. *supra ad l. Falcid. l. quod de bonis.* 5. 3. sed ibi aliò modo occurrebatur Falcidiæ : vt loquitur hîc, secundum notatu ibi *ex dicta Authent.* & facit *supra de inoffic. testam. l. Papinian. §. quarta.* ADDITIO. Scribentes vbique (quos hic refert Bolog. in nouis suis interpretat.) hîc reputant illam gloſſam singul. ad hoc, quòd testator videtur [a] prohibere falcidiam iubendo heredem integra legata soluere : vel totam & integram hereditatem testitui : vel omnia bona, *&c. &* hæc per talia æquipollentia verba Bolog. adde quia eſt cognitandum ſuper illa gloſſ. cuius decisio videtur mihi non vera, ſequentibus mediis. primò per *text. in §. 1. C. de admittē. tutor. tamſi ibi aliter per Bartol.* & vbique, vbi vult ille §. quòd vbicunque [b] lex ſpecialiter & expreſsè aliquid requirit, illud debet ſpecialiter & expreſsim adimpleri, & in forma ſpecifica, non autem in genere per æquipolleus vel conſimile. ita ponderat illum textum Ange. *in prin. Inſtitut. de vsuf. ſubſtit. in §. ex. verſ. de prima expreſſa*, &c. ſed hîc eſt quòd lex vult teſtatorem expreſsim [c] debere prohibere ne Falcidia detrahatur, per *text. in Authent. ſed hoc teſtator. C. ad leg. Falcid. iuncta ibidem gloſſ. & text. in Authent. de hered. & Falcid. §. ſi verò expreſsim*, ergo non [d] ſufficit, per ſimile Pezzutea & ſecundò quando aliquid à l. requiritur non [e] forma : non ſufficit per æquipollens adimplere, per theoricam traditam à Bald. Ange & modet. *in I. prima & ſecunda ff. de liber. & poſthum. quare*, &c. Ego tibi explicatum iſtud & alia media, & profequerer amplioribus verbis : ſed occupatum charum: pro modo cogitabis.

[a] Falcidiam prohibere videtur qui iubet integra legata ſolui, nec grauc vel totam hereditatem, vel omnia bona reſtitui.

[b] Specialiter requiſita in lege, ſpecialiter implere debet, non in genere, aut ſimiliter.

[c] Falcidia expreſſe prohiberi debet.

[d] Falcidia vetum tacitè prohiberi poſſit, aut poſſit.

[e] Formalis per æquipollens non adimpleretur.

[f] Commiſſum ſit.

[f] Legatum ſub modo non præſtatur niſi præſtita cautione de modo implendo.

Cui.] CASVS. Legaui tibi c. & rogaui te vt Stichum seruas, & manumittas. bona heredis mei vendita sunt propter debita, ita quòd partem legati tibi dare posset. numquid possis illum partem petere, quæritur. & dicitur quòd si de illa parte potes onere seruum, habebis eam, dum tamen caueas te emptorem seruum, & manumissurum: & si nolis cauere, non audiris. FRANC.

a ¶ *Perſequatur.* id eſt conſequatur. ACCVRS.

b ¶ *Legatur.* id eſt, ſi tantum conſecutus ſit quantum pretium ſerui poſtulabat. M. ſcilicet alieni ordinandi. ſecus in ſeruo i vt *J. eo. l. ſi legatarius. in princ.* quæ eſt contra.

c ¶ *Alienare.* id eſt, & [e] non cauerat: non autem dicas. id eſt ſi nolluerit vendere dominus. nam licet non vendiderit, debet tamen ille habere legatum vt *J. de legat. 3. l. ſi ſtandum. §. Iulianus.* & facit *C. eod. l. debēs.*

d ¶ *Repelli.* penes legatum.

Etiam cui.] CASVS. Legaui tibi mille nummos, & rogaui te vt seruum tuum valentem xx. manumittas. Dicitur quòd non cogeris manumittere nisi habeas legatum. FRANC.

e ¶ *Conſtat. vt J. de motu l. ſi minor xxv. ann. & C. de fideicom. l. ab eo. & ad l. Falcid. l. ſeru.* ACCVRS.

Cum fidei.] CASVS. Rogaui heredem meum ne Stichus seruus meus alienum seruitutem quàm suam patiatur. si heres meus eum alienat, statim poterit Stichus petere libertatem. & hæc sine vera quando voluntatis heres alienandi & autem ex *liberando poteſt legatarius partem legati petere, ſi de illa parte poteſt ſeruum emere, & caueat ſe emptorem ſeruum, & manumiſſurum aliàs ſecus.*

VII. VLPIANVS *libro ſecundo ſiduciarium ad Edictum.*

SI cui legata ſint centum, ita vt seruum alienum redimat, & manumittat : & bonis heredis venditis, partem, non totum perſequatur [a] : non aliàs debet conſequi legatum, quàm ſi cauerit ſe manumiſſurum : ſed hoc tunc demum, ſi largiatur [b] portio quam accepit, ad ſerui pretium parataque ſit dominus tanti eum vendere : alioquin [c] exceptione doli debebit legatarius repelli [d].

Legatarius non cogitur ſubire onus imminutum à teſtatore, niſi ſalua legato.

VIII. POMPONIVS *libro ſeptimo ex Plautio.*

EVm cui mille nummi legati fuiſſent, ſi rogatus fuiſſet viginti seruum manumittere : non cogi fideicommiſſam libertatem præſtare, ſi legatum non esperet, conſtat [e].

Alienatio neceſſaria quandoque excuſat, vbi voluntaria non excuſaret.

IX. MARCELLVS *libro quinto decimo Digeſtorum.*

CVm fidei heredis commiſſi [f] [g] ne ſeruus alienam ſeruitutem patiatur : experiri poteſt [a] confeſtim vt fuerit alienatus, & petere libertatem. Sed vbi alienatio non eſt voluntaria, ſed neceſſitas alienandi ex cauſa teſtatoris pendet [b] : propè eſt vt nondum debeat præſtari fideicommiſſum, quòd [c] poteſt videri defunctum nihil senſiſſe de huiuſmodi caſu alienationis.

Si idem teſtator prohibuit ſeruum vendi, vt ſi vendatur, ſtat liber : ei vendito comparie libertas.

X. IDEM *libro ſexto decimo Digeſtorum.*

QVidam in teſtamento ſcripſerat : *Illum & illum ſeruos meos venire*[d] *nolo.* Si ideo eos noluit venundari [e], vt ſi venirent [f], ad libertatem peruenirent : præſtandi erit libertas [g]. Nam & illi videtur libertas relicta [h], de quo ita ſcriptum eſt : *Nolo alij quàm tibi ſeruiat.* Secundum hæc igitur ſi quo-quo modo P vendere tentauerit ſeruum, confeſtim peti poterit libertas : nec quo minùs præſtet libertatem, proderit heredi ſi eum redemerit [i] : quia ſemel extitit conditio.

Si heres grauatus ſeruum manumittere, eum vendat, poteſt ſeruus ei cum abſente emptore petere ſe ab herede manumitti. FRANC.

1. ¶ Is cui libertas debebatur, venit [a]. Si vult ab herede manumitti, non erit interueniendum [b] ei cui heres præſens erit, emptor latitauit [c] : quoniam poterit vti ſeruitutem [a] confeſtim : experiri poteſt [b] confeſtim vt fuerit alienatus, & petere libertatem. Sed vbi alienatio non eſt voluntaria, ſed neceſſitas alienandi ex cauſa teſtatoris pendet [c] : propè eſt vt nondum debeat præſtari fideicommiſſum, quòd [d] poteſt videri defunctum nihil senſiſſe de huiuſmodi caſu alienationis.

Si idem teſtator prohibuit ſeruum vendi, vt ſi vendatur, ſtat liber : ei vendito comparie libertas.

XI. IDEM *libro ſexto decimo Digeſtorum.*

QVidam in teſtamento ſcripſerat : *Illum & illum ſeruos meos venire*[e] *nolo.* Si ideo eos noluit venundari [f], vt ſi venirent [g], ad libertatem peruenirent : præſtandi erit libertas [h]. Nam & illi videtur libertas relicta [i], de quo ita ſcriptum eſt : *Nolo alij quàm tibi ſeruiat.* Secundum hæc igitur ſi quo-quo modo P vendere tentauerit ſeruum, confeſtim peti poterit libertas : nec quo minùs præſtet libertatem, proderit heredi ſi eum redemerit [k] : quia ſemel extitit conditio.

Si heres grauatus ſeruum manumittere, eum vendat, poteſt ſeruus ei cum abſente emptore petere ſe ab herede manumitti. FRANC.

1. ¶ Is cui libertas debebatur, venit [a]. Si vult ab herede manumitti, non erit interueniendum [b] ei cui heres præſens erit, emptor latitauit [c] : quoniam poterit vti

[a] Neceſſitas quando præſumatur, quæ ſi ferret, ſibi non præiudicaret, vide omnia Copolam in l. 1. num. 18 & ſequent. C. de reſcind. vend. per magnum Tiraquellum Medicum mult. de ſententia cum ſimilibus, part. 1. q. 8. adde Gloſſ. l. ſubrogatum §. Præſcribe verbo neceſſitas. ſupra de offic. Præfect.

[b] Præſumitur nemo ſerui ſui alienationem teſtamento prohibere in fraudem ſuum creditorum. Idcirco prohibito ſeruo alienari, ſi heres propria facto alienauerit, ſecus ſen blot : ſi ex iuſto dubio defuncti, cum ſit caſus ſuſpenſionis præſumptionis.

[c] Præſumitur libertatem ſeruo conceſſiſſe dominus, ſi eum vendi prohiberit, quo caſu venditus ab herede ſit.

[d] Semel euidiſſe conditionem ſufficit.

Heres grauatus de manumittendo ſeruum, eum vendidit, poteſt ſeruus etiam abſente emptore petere ab herede ſe manumitti. [IS CVI.] Heres erat rogatus de ſeruo Sticho manumittendo. poſtea eſt Stichus ſe vendi tamquam ſeruum ab iſto herede : qui heres promiſit de euicti. non tamen erat ſolutus. hic ſeruus petit ſe manumitti, & eſt manumiſſus quæritur an emptor habeat regreſſum contra Stichum : ſicut ſi liber homo pateretur ſe vendi tamquam ſeruum. & dicit quòd emptor habet regreſſum contra venditorem ſicut ſi ſtatuliberum vendidiſſet. FRANC.

k ¶ *Venire.* id eſt, vendi.

l ¶ *Venundare.* quod præſumitur [a] vt *J. eod. l. generaliter. §. ſi petierunt.*

m ¶ *Si venearc.* id eſt, vendantur.

n ¶ *Liberum.* illis venundatis.

o ¶ *Reiulo.* vapore per ſiderorem. relicta ſi conſingat eum alienatiue & *Jan. Lodge.* ACCVRS.

p ¶ *Quoquo modo.* etiam ex neceſſitate ex perſona heredis interueniente : vt *d. l. rogo.*

q ¶ *Redemerit. ¶ Nisi. 4 ſic J. depo. l. 5. §. ſi rem. & J. rem ratam habe. l. quo anno. §. ſi & argum. J. de minor. l. cuidam. §. item quæri. & J. eaut. legat. l. §. prodeſt autem.* item facit *J. de ſeruis expor. l. fina. & J. l. penultim. & J. ſi. Imperator. in prin.*

r ¶ *Venit.* id eſt, venditus eſt.

s ¶ *Interueniendum.* id eſt, contradicendum.

t ¶ *Latitauit.* maximè quia etiam ſi præſens eſſet, eundem habet electionem vt *J. eo. l. generaliter. §. vlt.*

480/C.IV.K.5-3, 241-242
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Senatusconsulto.* Rubriano, quod ei electionem dat: vt ✝ eod. l. si eum. & facit ✝ de adi. empt. l. Titius.
b ¶ *Non erat.* vnde insolvens est *ass. de restit. l. contra cap.*
c ¶ *Existimans.* id iurisconsultus quispiam.
d ¶ *Actionem.* emptori in factum in duplum eius quod dedit, vel obligatus est emptor. nam sic est in libero emptore: vt subiicit. & ✝ de lib. caus. l. restitutae. & l. si tantum.
e ¶ *Adducor.* id est, moueor.
f ¶ *Venditor.* aliàs, venditorem: & hæc bona. & aliàs, venditos & hæc mala.
g ¶ *Magis.* quàm manumissus teneatur: & sic corrigitur quod proximè dixit.
h ¶ *Statulibero.* qui si ad pretium participandum passus est se vendi, non peruenit ad libertatem. aliàs cùm putet non competebat libertas, tempore venditionis proclamauit in libertatem. secus si competebat: vt *infrà qui. ad libert. pro. non licet. l. Lucinorum.* emptor verò potest agere de euictione. sed si venditor non sit soluendo, datur aduersus manumissum de dolo: argum. ✝ de dolo. l. & eleganter. §. seruus pa-trons.

E X causa.] C A S V S. Pupillo legatum relictum est, & est grauatus de seruo suo manumittendo. Dicitur quòd non potest manumittere absque tutore.
i ¶ *Non potest.* de proprio dicit, non de relicto sibi ad hoc: quia etiam sine tutore manumitteret eum. argum. ✝ de manum. vindi. l. si rogatus. in princip. vbi dicit, *ieiunum.* & argum. ✝ eod. l. cùm quasi. §. 1. & dic vt ✝. *de manu. l. seruus fu-riosi.* A C C V R S.

I Mperator.] C A S V S. Firmius Titiano tres seruos legauit, & eum rogauit ne alicui alij seruiant. si propter aliquod delictum Titiani bona sunt publicata, hi serui manumittentur à republica. Secundò dicit: sicut heres, ita legatarius potest rogari de seruo manumittendo. & si quis rogatus de manumittendo decedat priùs quàm manumittat, heres eius cogetur manumittere. Tertiò dicit: heres institutus hereditatē amisit, eo quia accommodauerat fidem testatori de aliquo dando non capaci, & sic fiscus bona habuit. Dicitur quòd nihilo minùs libertates relictæ in testamento, siue directæ sint, siue fideicommissariæ, tenebunt. F R A N C.
k ¶ *Tres.* scilicet seruos.
l ¶ *Publicè.* id est, à republ. & facit ✝. eodem. l. cùm fidei. & l. quidam.
m ¶ *Debent.* vt ✝ de leg. §. l. cùm in a. §. 1.
n ¶ *Quoniam tacitè.* bona ratio: vt & C. ad l. Falc. l. iij. & ✝. de

a Tres hic casus proponuntur. Primus est de fideicommissario cui libertas relicta est & se pati-tur vendi. Secundus de homine libero patiente quoque se alienari. Postremus de statulibero, qui patitur se vendi. Marcellus hic comparat duos extremos inter se potius, quàm primum cum secundo.
b Poena ex eo patiente se venundari ad pretium participandum, vt ad libertatem venire non possit.
c Fideicommissarium heredem seruo suo pupillus dare non potest sine tutoris auctoritate. nec ab eo pupillo cum conditione libertatis relinqui potest.
d Ex fideicommisso quod quis fecerit, non potest ... incapacem ... [illegible]

senatusconsulto ᵃ, vt quasi ex testamento ad libertatem perueniat.

Qui seruum, cui data est fideicommiss. libertas, vendit, tenetur emptori de euictione.

1. ¶ Is cui ex fideicommisso libertas debebatur, ab eo qui soluendo non erat ᵇ, passus est se bonæ fidei emptori tradi. Existimans ᶜ in manumissum constituendam actionem ᵈ, exemplo eius qui liberi hominis emptorem simulata seruitute decepit. Ego quoque adducor ᵉ, vt putem rectè aduersus venditos ᶠ actionem competere: & magis ᵍ similem videri statulibero ʰ, qui pridie quàm ex testamento ad libertatem perueniret, idem fieri passus est.

XI. M O D E S T I N V S *libro primo Differentiarum.*

EX causa fideicommissi seruo libertatem dare sine tutoris auctoritate pupillus non potest ⁱ.

XII. I D E M *libro singulari de Manumissionibus.*

IMperator Antoninus, cùm Firmius Titiano tragœdos tres ᵏ legasset, & adiecisset, *quos tibi commendo, ne cui alij seruiant:* publicatis bonis Titiani, rescripsit debere eos publicè ˡ manumitti.

1. ¶ Et legatarius non minus quàm heres rogari potest seruum manumittere: & si ante manumissionem decesserit, successores eius debent ᵐ manumittere.

2. ¶ Diuus Antoninus & Pertinax rescripserunt, hereditate fisco vindicata, quoniam tacitè ⁿ quis rogatus erat, ei qui capere non poterat, restituere hereditatem: & directò & per fideicommissum datas ᵒ libertates deberi ᵖ.

XIII. I D E M *libro nono Regularum.*

SI prægnans ancilla moram non studio manumissoris, sed fortuitò patiatur, ne manumittatur: liberum quidem non pariet, sed cogetur qui manumittere debuit, natum matri ᵠ tradere, vt per eam perueniat ad libertatem.

Non intelligitur repetitum, quod repetitum vitiaret. B A R T.

XIV. I D E M *libro decimo Responsorum.*

LVcius Titius testamento facto Seiam vxorem suam, item Titiam filiam communem æquis portionibus scripsit heredes ʳ. item alio capite ˢ: *Erotem seruum meum, qui & Psyllus vocatur, liberum esse volo, si vxori meæ placeat.* Cùm itaque Seia vxor Lucij Titij abstinuerit ab eadem hereditate, & ex substitutione portio eius ad Titiam filiam peruenerit: quæro, an Eroti, qui & Psyllus vocatur, ex his verbis suprascriptis libertas competit? Modestinus, Eroti, quòd vxor testatoris hereditate se abstinuit, non obesse respondit. Item quæro, an Seia vxor, quæ se hereditate abstinuit, petenti Eroti libertatem iustè contradicere possit. Modestinus respondit, Seiæ dissensum nullius esse momenti ᵗ.

XV. I D E M *libro tertio Pandectarum.*

IS qui ex causa fideicommissi manumissurus est, nullo modo deteriorem ᵃ eius serui conditionem facere potest: idcóque nec vendere eum interdum alij potest, vt ab eo cui traditus est, manumittatur: & si tradiderit, redimere illum cogitur, & manumittere. Interest enim nonnumquam ᵘ, à sene potius manumitti quàm à iuuene.

XVI. L I C I N N I V S R V F I N V S *libro quinto Regularum.*

LIbertates etiam per fideicommissum dari possunt: & quidem largiùs quàm directò. nam non tantùm propriis, sed & alienis seruis per fideicommissum libertas dari potest ˣ: ita tamen, vt vulgaribus ʸ verbis, & quibus euidenter voluntas testatoris exprimi possit.

XVII. *Ex libro vicesimoquinto Digestorum Scæuolæ Claudius* ᶻ

proba. l. cùm tacitum. & ✝. de iure fisc. l. ne n. intelligitur. §. cùm ex causa. & ✝. de vsur. l. cùm quidam. §. ex tacito.
o ¶ *Datas.* scilicet in testamento.
p ¶ *Deberi.* vt & ✝. de iure fisc. l. Statius Florus. §. fin. cum prædictis concord.

S I prægnans.] C A S V S. Heres vel legatarius rogatus manumittere ancillam, fuit in mora manumittendi: non sua culpa, sed fortuito ᵃ casu impeditus. interim ancilla prægnans peperit. Dicitur quòd cogitur eam manumittere, & ei tradere partum ad manumittendum.
q ¶ *Matri.* de hoc distingue vt dixi C. eod. l. iij. & facit ✝. tit. eo. l. ro.

L Vcius.] C A S V S. Institui vxorem meam & filiam meam heredes æqualiter: & Eroti seruo meo reliqui libertatem si ᵇ placebit vxori meæ. eandem vxor mea abstinuit se ab hereditate. & sic omnia bona venerunt ad filiam meam. Dicitur quòd libertas debebitur Eroti: nec requiritur consensus vxoris meæ, ex quo mihi non successit. F R. A C C V R S.
r ¶ *Heredes.* & insuper substituit.
s ¶ *Capite.* testamenti scilicet scripsit Erotem.
t ¶ *Momenti.* quia non videtur libertas collata in eius arbitrium ᶜ, nisi sit ᵈ heres. Sed contra C. eod. l. cùm proponas. Sol. ibi subaudiatur maxime, vt ibi dixi.

I S qui.] C A S V S. Qui ex causa fideicommissi manumittere debet seruum, non potest facere deteriorem eius condi. hinc est quod nec eum vendere potest vt ab emptore manumittatur. & si vendat, cogitur eum redimere & manumittere. F R A N C.
u ¶ *Nullo modo deteriorem.* vt dominium possit. vide not. ad l. fideicommissa. 2. ✝. eod. C V I A C.
x ¶ *Nonnumquam.* sed meliorem à sene: quia senex ᵉ citiùs moritur quàm iuuenis præsumptione iuris: vt ✝. ad leg. Falc. l. hereditatum. licet senem quandoque contingat: vt ✝. de inoff. test. l. nam & si. sic ergo non est opera præstabis, quæ iuuenis, secundùm I R. & facit ✝. eod. generaliter. §. fin.

L Ibertates.] C A S V S. Libertas potest relinqui directò, item per fideicommissum: & quandoque melius est si per fideicommissum detur, vt seruis alienis: dum tamen idoneis verbis relinquatur. F R. A C C V R S.
x ¶ *Potest.* sed directò tantum suis: vt C. de manumiss. testam. l. seruo.
y ¶ *Vulgaribus.* id ᶠ est apertis qualia sunt Institu. de sing. re per fideicommiss. re. §. fina. A C C V R S.

a Mora aliquando fortuita.
b Libertatem non posse committi in voluntatem liberam heredis, sed in arbitrium boni viri, hinc colligit Bartol.
c Liberum arbitrium quibus verbis committatur alicui, plenissimè vide apud Menochium l. de arbitr. iudic. q. 7.
d Institutus heres & fideicommissarius non cenfetur fideicommissarius nisi sit heres.
e A sene magis manumitti quàm à iuuene cur magis intersit.
ᶻ Scilicet Tryphonius, qui & Venuleius, qui nomen scripsit ad Scæuolæ digesta, hic locum ex vulgatis editionibus valde erat depravatus. Ant. Aug. lib. 1. c. 4.
f Vulgaria verba, pro apertis.

Cùm]

480/C.IV.K.5-3, 243-244
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a His verbis, cùm tibi visum fuerit, fideicommissaria libertas intelligitur dari posse.

CVm] CASVS. Dixit testator heredi: cùm tibi videbitur manumittere Stichum seruum meum, manumittas per [a] hanc verba fideicommissaria videntur relicta libertas. FRANC.

a ¶ Cum tibi, alias l. hanc incipit, *Celsus lib. 21. ad Sabinum. Actio lata Claudium, cùm tibi visum fuerit, manumittas*, &c. Alias §. & dic Claudium esse nomen institui. & facit *l. cod. fideicommissaria.*

b ¶ *Visum fuerit.* fc. opportunum [b].

b Opportunitas fideicommissi intelligenda in generali renunciatione.

TEstamento.] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo in testamento hoc modo: Pamphilus se liber si bene se gesserit in rationibus meis, tandem adhuc aliquo tempore vixi, postea decessi nec vlla querimonia est facta de Pamphilo quod malè se gesserit, dicitur quòd erit liber.

* vlla.

c ¶ *Querela. fic* §. *ad Silo. l.* 3 §. *fin.* & facit *C. de manu. infl. l.* 10.

HErede.] CASVS. Vxori instituit virum suum heredem, & per fideicom. reliquit libertates quibusdam seruis, caßatione viri ei vir abesset, & ex iusta causa, periit à præside sibi dari libertatem: & data fuit. nunc vir reuersus petit ab isto libero facto rationem eius quod gessit in fiduciate. Dicitur quid non audiatur. [VXOR.] Marcius legauit vxori suæ dotem, & plures alias res: & rogauit eam per fideicommiss. quod ipsa manumitteret apud consilium seruum suum nomine Aquilinum. mulier non vult manumittere. Dicitur quòd compellitur manumittere: & si aliqua legata erant relicta Aquilino, poterit petere. FRANC.

† negauit.

d ¶ *Marito.* ab vxore. ACCVRS.

e ¶ *Dodo.* deßitor in testamento.

f ¶ *In quibus.* fc. seruis manumissis in testamento per fideicommissum. ACCVR.

Aug. lib. 1. mod. cap. 8.

g ¶ *Adiori.* id est [c], caßationi.

c Aliter pro caßationem.

h ¶ *Marito.* fecißet dedit libertatem per fideicom.

i ¶ *Ibi.* aliàs, *ille*, fc. seruus caßatibis.

k ¶ *Debere.* quod facere debet vt *l. cod. si legatario. §. fin.*

l ¶ *Non posse. vt C. an seruus ex fine facta. l. pen.*

m ¶ *Legauit.* fecißet marito.

n ¶ *Negauit.* fecißet mulier.

o ¶ *Quod.* id est, quia.

p ¶ *Sibi.* fecißet vxori.

q ¶ *Petiit.* fecißet vxor.

r ¶ *Compellendam. fic C. ad l. Falcid. l. fin. & C. ad l. debori. & ff. de liber. causa. l. qui dotalia.* ACCVRS.

s ¶ *Eiusque.* fecißet Aquilinum.

t ¶ *Legata sunt.* fi ita sunt. ACCVRS.

APud Iulianum.] CASVS. Titius heres instituus erat rogatus manumittere seruum heredis sui. erat etiam gratiatus restituere hereditatem Seio. hic Titius restituit hereditatem Seio, interea illo seruo opera debebat manumittere. nunc non vult manumittere, & sic latitat: vel forsè est absens ex iusta causa, dicitur quòd iudex suæ partis debet eum pronunciare fore liberum. Secundò pone quòd Titius restituit illam seruum cum tota hereditate Seio. numquid Seius compellitur manumittere? & Iulianus dicit quòd sicut fit idem in illo casu est hereditas restituta, sic & in proposito talis seruus. Sed Pomponius quærit à quibusdam an hoc dictum Iulianum sit verum. & dicit Pomponius, meritò quæro: quia vtilia adhibere. nam secundùm de quodam dicto Iuliani, qui dixit: *& si alterum patrem in familia habuerit, &c.* & illi respondent, & dicunt quod ille seruus non debeat trali Seio: si tamen traditus sit, est verum quod dixit Iul. & confirmauit dictum eius. FRANC.

u ¶ *Seruum.* fcilicet per fideicommissum. ACCVRS.

x ¶ *Debebit.* fc. adhuc manumittere.

† vide Rosf. ad hunc locum Obs. l. cap. 1. pag. 3.

y ¶ *Debebit.* manumittere seruum nondum traditum.

z ¶ *Comperit.* aliàs, *cognouit.*

a ¶ *Emptores.* quid in his seruetur, habes *l. negotiationes. §. fin.*

b ¶ *An hæc.* Iulianus hæc scripsit: sed an ita Aristo & Oct. vt [d] dicet, paras hæc vera? & bene facio quòd quæro ego Pomponius, quia volo addiscere. nam propter animum [e] addiscendi nouui, & memoriæ commendari quoddã dictum Iulia. & h alterius, &c. & facit [f] *de rit. & exitur. reg. l. sp. l. per in diuersis. ff. de stipul. l. de quibus. & xxxviij. distinct. nullus episcopus.*

c ¶ *Ego.* Pomponius.

d ¶ *Bellissimè.* nunc refert quid ei fuit respondum.

e ¶ *Non esse. C. ad Tertullian. Trebell. l. fin. contra.* Solu. hîc specialè, fuisse libertatis.

f ¶ *Scribit. §. negotiantes.*

ROgo.] CASVS. Testator instituit Titium heredem, & dixit rogo heredem ne Stichus in alterius seruitutem deueniat. videtur dare per fideicommissum libertatem illi Sticho, si peruenit in alterius seruitutem: nec solùm post mortem heredis peruenit ad libertatem, sed etiam aliquando antè: vt si heres illum seruum alienet, nec impeditur libertas ei ille heres eum redemerit. & hæc sunt vera, siue voluntaria sit alienatio, siue non. FRANC.

d Interrogatio nouæ rei quam habet vim negatiuam.

e ¶ *Placuit principi.* per prædicta verba.

f ¶ *Libertas.* quasi dicat nihil vt *Inst. de in potest. §.* 3.

g ¶ *Semel.* non sufficit semel. *fic l. de aqua plu. arce. l. in diem.*

h ¶ *Si non voluntaria.* sed necessaria. & sic est contra *l. cod. l. cum Adrianus. Sol. plenè dic vt ibi. & facit l. cod. l. quidam.* & quod ibi dixi.

i ¶ *Per ipsum.* id est, voluntate eius.

m ¶ *Ratione. dic vt* [g] *de verb. oblig. Acilius seruum. & l. si cui dil. soluto. §. fin.*

480/C.IV.K.5-3, 245-246
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Si legatario.] CASVS. Testator legauit Titio decem, item fundum, & grauauit eum vt manumitteret seruum suum Stichum. legatarius cupit petere 2. detracta est inde Falcidia, & sic legatarius non vult hoc legatum pecuniæ habere, nec manumittere seruum. dicitur quod compellitur legatum pecuniæ accipere detracta Falcidia, & manumittere seruum. [ADVOCATVS.] Duo erant heredes, & grauati sunt manumittere duos de seruis eorum quos vellent: cùm tres tantùm seruos haberent. vnus heredum latitat, nec vult eligere qui duo sint manumittendi. Dicitur quod stabitur electioni alterius heredis tamen qui præsens est. sed si vnus de seruis decedit antequàm eligantur: tunc tantùm duo qui superfuerint, veniunt manumittendi. [COMES.] Heres rogatus manumittere seruum, abest iusta de causa, siue non iusta, & sic latitat: vel si erant plures heredes, & grauati manumittere seruum: quidam eorum absentes sunt iusta de causa, quidam non iusta de causa & quidam sunt præsentes: vel si heres grauatus decedat, nec aliquis ei succedat: vel si heres rogatus abstineat se ab heredit. dicitur quòd iudex debet pronuntiare hunc liberum velut ex testamento illius qui reliquerat per fideicom. libertatem. Item debebat iudex pronuntiare qui facerint absentes iusta de causa, vt illi sint patroni: & qui non iusta, & illi non essent patroni. FRANC.

a ¶ *Si legatario fundi.* cui fundus & 2. ideo relicta erant, vt seruum suum manumitteret. ACCVRS.

b ¶ *Decem.* præter fundum.

c ¶ *Legis Falcidiæ.* Contrà *l. sed Labeon. in fin. & l. sequenti.* Solu. vt *in illa dicem.*

d ¶ *Falcid. vt & supra de legat. 1. l.* 1. & fatit *C. sed. l. fi.* 19. *& l. deberi.*

e ¶ *Petijt.* testator.

f ¶ *Petuisset.* quasi totum [b] arbitrium in eum à testatore collatum sit. ACCVRS.

g ¶ *Quòd si ex seruis vnus deceſſerit.* vnde amodò non est in eorum arbitrio, vt subiicit: & arg. *l. de conuenit. emptr. l. fi in emptione.* [c] *fi excipia.*

h ¶ *Iusta ex causa.* quod est [c] eo ipso quòd non est ex iniusta: vt *l. sed l. fi cum. § ex iusta.*

i ¶ *Quidam.* eam sint plures. ACCVRS.

k ¶ *Fraudandi.* alias *frustrandi.* ACCVRS.

l ¶ *Aut si* filium heredi rogato. ACCVRS.

m ¶ *Pronuntiare.* in omnibus suprascriptis.

n ¶ *Cunctatore.* in omnibus prædictis casibus. ac si liberum directa testamento data esset: vt *C. sed. l. ancillam. & l. fi seruum. in fin.*

o ¶ *Absit.* vt præsentibus & iusta causa absentibus ius patronatus seruetur: detractandus modis omnibus denegetur: vt *C. sed. l. fi.* & *C. sed. l. fi. seruum.* ¶ Et not. de causa [d] in sententia exprimenda. *fic C. de suffr. in. l. 2. & C. de iudi. l. properandum. § penult.*

Aug. *lib. 3. emend. c. fin.* Cuiac. *d. c. 36.* Turneb. *lib. 9. cap. 15.*

E Nouum.

Tit. 16. De verborum ſignificatione.

Ad hanc titulum vocant Alciatus & Borchaus, & Rebuffus ſcripſerunt: ad partem verò Cuiacius & Caluagnius. Hotomanus ſcripſit controuerſia de verb. iur. & rerum ſignification. tract. Hugogicum ſcripſit autem Dauid Saius: vulgò autem inſcribitur hic titulus, *de verborum, & rerum ſignificatione.* verùm delendum eſt, *Rerum*, vt in antiquis Codicibus, & auctoritate Pandect. Florent. hic enim explicantur omnia ferè verba, quæ à iure pertinent, & ad iuris partes omnes. & ea ſi de re Alciat. Gallus librum ſuum inſcripſit, *De verborum quæ ad ius pertinent ſignificatione.* ex quo eſt lex 151. h. t. Vide huius tituli explicationem apud Cuiac. *tom. 1. comment. ad ius ciuile.*

l. Verbum. 1.

Maſculinum, concipit ſæminum vtra latè tractata hic per ſenb. Cott. *in memor. in verbo maſculini.* Ruin. *ad reiter. de lege. 1. 4. col.* Alciat. *lib. 1. parerg. c. 13.* Tiraquellus *in Connub. l. 1. glo. 1. parte 1. nu. 11.* Polit. *in tractatu ſubſt. col. 3.* Alciat. *lib. 7. parerg. ca. 7.* Dicit autem hæc lex verbum hoc, ſi quis, vtrumque ſexum complecti, ac ſi commune eſſet, hoc eſt tam maſculum, quàm fœmineum, vt & apud Græcos ἀνὴρ, tam maſculos, quàm fœminas complectitur: hinc etiam dicitur fœminam maſculorum nomine comprehendi, niſi *contrarium* aut leges aliam fuiſſe *mentem* teſtatoris demonſtrent: *adde* concord. rerr. cum gloſ. in cap. *generali in prima. de electio. in 6.* & de materia illius legis primæ, vide Præpo. *in cap. cùm apud.* & ibi Benedict. de Vadis, in addit. ad eum in cap. *cum apud extra de ſpon.*

Maſculus. Nota hic quòd ſi expreſſa mentio ſit de maſculis, fœminæ excludi: ideam ſi de viro: id enim nomen nullo modo ad fœminas pertinere poteſt.

l. Vrbis. 2.

Crinitus *lib. 4. de honeſt. diſcip. c. 9.* Ioan. Rob. *ſent. iur. lib. 1. c. 1.* Menoch. *de arbit. iud. 137.* Duo autem proponuntur in hac lege, primùm latiorem eſſe Romæ appellationem, quàm vrbis, vrbem ſtructi moribus: Romam verò continentibus ædificiis, ſine ſuburbiis: quamobrem Romæ videntur dari tutores, qui dantur in continentibus, *Lyon. §. Roma. ff. de excuſat.* & quod ſit in continentibus, Romæ ſit. Proinde Romæ ædificia ferè dicuntur, quæ in continentibus ædificiis Romæ ſunt, *l. 3. ff. eod.* & qui in continentibus vrbis nati, Romæ nati *l. 207. ff. de* Romam enim non ſtatuo exiſtimamus: ſed continentibus ædificiis *l. 87. ff. de* Cuiac. *lib. 14. obſer. c. 5. & in comment. ad lib. 1. Paul. ad edictum, tom. 1.* Deinde ponitur hæc lege, cuiuſque dei maiorem partem eſſe ſeptem horarum primarum, non ſeptemarum, loquitur autem de die naturali non de ciuili: dies enim ciuilis Romano more incipit à ſexta noctis hora id eſt, media nocte, & finitur ſequentis noctis eadem hora, & habet dies ciuilis horas 24. *more ff. de feriis*, dies verò naturalis horas duodecim, tam hyeme, quàm æſtate: & hæc eſt differentia dei naturalis, & ciuilis: Vitruuius, Pallidius, Aſconius Pedianus, & Plautus: audis igitur pars dei naturalis eſt horarum ſex, maior horarum 7. Vide Virgilium:

Nunc dies alma quatit munus melior: pars alba diei eſt.

Vnde & optimè Martialis:

Sexta quater laſſis, ſeptima finis erit.

Sic etiam ſufficere labori ſex horas ante meridiani reliquas ſic eſſe impendendas deliciis, & voluptatibus, notatur elegantiſſimo Aſtheno Græco, ab ipſe Plutarchio Rom.

De diuiſione autem dei Macrob. *lib. 1. Saturn. ca. 3.* Gel. *lib. 3. noct. Attic. c.*

l. Itinere. 3.

Itinere. In vulgatis editionibus legitur, *Itineri.* vt in exempl. Haloandri.

Viginti millia paſſuum. Id ſpatium temporis iter facientibus præſtitutum dicitur, *l. 137. §. 2. ff. de verb. oblig.*

Non conuenit. Conuentiones enim dant formam contractui.

§. Eius. 1.

Certiſſimum hoc eſt, quòd ſeruis hereditas non eſt, ſed excipiendus eſt ſeruus publicus populi Romani. nam hic habebat poſſeſſionem teſtamenti facti eorum, vt *Vlpianus declarat in frag. tit. de teſtam.* is autem, qui apud hoſtes deceſſit, ſeruus deceſſiſſe videtur, qui apud hoſtes deceſſit: quorum ſeruus hæredem non habet, ſuus tamen proprij dicitur habere hæredem eum, qui apud hoſtes deceſſit: vt *ait Lege Cornelia. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* ſed hoc intelligendum eſt de iure ſtricto. nam de æquitate lex Cornelia ſtatuit decedentis penam hoſtis capitalem, & ſic dicitur hæreditas, & habet hæreditatem: alia eſt tamen Alciati opinio, quem vide hic.

l. Nominis. 4.

In hanc legem Forcat. *nouum. dialog. 63.* rectum autem eſt rei appellatione ſignificari etiam rem, id eſt obligationem: vt in *L. 3 ff. rem pupil. fal. fore.* qui etiam promittit rem pupilli ſaluam fore, & nomina pupillaria ſalua fore promittit. Hæc autem lex diuerſimodè legitur in Pandect. in Floren. legebatur, *pecunia*: & inde eſt ſi nominis: quam lectionem confirmat Baſilic. Vide Cuiac. *ad lib. 2. Paul. ad edictum, tom. 1.*

Rem ſignificare prouidus ait. Res in hac lege pro ſubſtantia accipitur, vt optimè notat hic Alciat.

l. Rei. 5.

In hanc legem Cuiac. *ad l. 2 nauta. ff.* & ibi *commento. 7. de acquir. poſſeſſ.* Rei appellatione latiorem eſſe, quàm pecuniæ atque ita re in *l. pecuniæ verbum 178. de V. S.* docuimus, ſed obiter notabis, quòd pecuniæ ſignificatio ad ea refertur, quæ in patrimonio noſtro ſunt. Cuiac. *ad lib. 2. Paul. ad edictum, tom. 1.*

Quæ in patrimonio. Hæc eſt differentia pecuniæ, & reſquoniam pecunia dicitur mea, quæ eſt in patrimonio meo: res verò mea, quæ eſt etiam extra meam patrimonium: ſic res ego dicitur, (vt teſtatur Horatius) cùm vicini puteo ac let. Patrimonij autem appellatione continentur ea, quæ consentur bonorum appellatione.

§. Opere. 1.

Quidam codices habent, *legatis* ſed quoquo modo legatur, nihil refert: huius autem legis ſenſus hic eſt, quod operis faciendi debito, niſi perfectionem operi adhiberis, non liberatur, vt & patris præſtatione. nam obligatio facti indiuiſua eſt, *l. 139. in fin. ff. eod.* interdum tamen operis vocabulo corpus, non perfectum intelligimus. Quid autem ſit *opus elaſſina. & argen.* optimè explicat hic Alciat.

l. Nominis. 6.

Nominis appellatione continetur quodlibet nomen, id eſt debitum: rei verò nomine ſignificatur etiam nomenex compleſtimur etiam hæc verba quodlibet debitum, & quamlibet obligationem coniunge autem hanc legem cum *l. 4 nominis. C. h. t.* vide Horat. epiſt. lib. 1.

Cautio nominibus corpi *expendere nummos.*

Quid, & quot ſignificationes habeas verbum, *Nomen*, vide hic Alciat.

Rem. An ſpeciali ſignificatione res ſit quando ſit accipienda, an iura contineantur rebus mei legatis, declarat hic Alciat.

§. Verbum. 1.

Verbum ex legibus accipiendum eſſe, ait hoc loco I. C. tam de verbis legum, quàm de ſententia id eſt, ex legibus eſt, non tantùm quod eſt ex verbis, ſed & quod eſt ex ſententia: vt non tantùm actio directa eſt ex legibus, ſed etiam actio vtilis: huius rei exemplum defumi poteſt ex *l. 2. ff. de iuriſdictio. omn. iudic.* vbi ſi quis edictum prætoris publicè proponi curaſſet, teneretur actione populari alio corrupto ex verbis edicti: quo ſi edictum proponendum curaſſet, & ait illa lex ex ſententia edicti, hoc eſſe, vt teneatur etiam ex edicto, quod ex ſententia legis eſt. Quintilianus *3. inſt. c. & 7. ca. 7.*

l. Sponſio. 7.

Sponſio non tantùm appellatur, quæ fit per ſponſum, id eſt, quæ fit hoc verbo ſpondeo: ſunt non loquuntur de ſponſalibus, hoc eſt de promiſſionibus nuptiarum. ſed de ea ſponſione, quæ fit hoc verbo, *ſpondeo*: & proprie ſponſio eſt, quæ fit ita verſi etiam ſponſio eſt, ſi fiat alio quolibet verbo: vt ſidei promitto, ſi fe repromitto: ſi fe iuro, & ſic alibi quæ tamen ſi propriè tatem ſpectes, diſtinguenda ſunt in *lib. ſententi. Pauli, tit. de ſtipulat. & ſponſ.* denique

480/C.IV.K.5-3, 39
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

spondes est quocumque verbo interrogetur, etiam si non dicatis spondeo.

Spondere est dicere, spondeo : à *spondeo* nam id valet, & à voluntate : unde *spondes*, quid dicit tua *spondeo*, spondeo spondes etiam *spondeor*, qui idem, vt fatuus obligatur.

Per spondi interrogationem &c. Ex hoc loco facit consilium spondendi tantùm de liquidatione dic.

l. Verbum. 8.

Quidam *oportet*, legendum esse existimant quod probatur à quibusdam sed si ita sit, obstat l. 76 §. 1. & l. 123 *ff. de verb. oblig.* vt exempli gratia hoc, Ieconi colono prædium in quinquennium potti nidum ego cum eo ex locato, hac modo, quidquid ei mihi dare, facere oportet his verbis, id tantum in actionem deducitur, quod præstari de debebatur, futura obligatio non deducitur, nisi adiciatur, verbum *oportebit*. Verbum ergo *oportet*, præsens tantùm tempus significat : non futurum. Idem etiam dicendum est de verbo *erit*, & verbo *obligaturum*, & de verbo *promittit* : vide l. 40 in fi. & l. 83 *ff. de leg.* 3. & Cuiac. *ad lib. 3. Pauli ad Edictum, tom. 1.*

§. Actionis. 1.

Quod actionis verbo non continetur nisi exceptio, obstat l. 1. §. *ait prætor. ff. de dolo*, cuius edicti verba hæc sunt : Si alia actio non erit de dolo, in ea re adeo quod è non fit actio : sed exceptio fit, qua qui usus erit, ipsique sibi rem habere fruique poterit, tum eum fieri non oportet de dolo. edicto igitur illo actionis verbo continetur iudicium de dolo. sic etiam in edicto de edendo actionis verbo non continetur exceptio. adhæc enim solas edit actiones, non exceptiones allegat.

l. Marcellus. 9.

Verbo, *perisse* § Alii legunt, *Rapisse* alij, *Rapasse*. Florent. *perisse*, quod confirmant Basilic. est enim vitiata hæc scriptio non est enim ex lib. 5. Vlpiani ad edictum : sed ex xv. vt & in pluribus locis passim in hunc verum hic rei perisse dicuntur, quæ aceffa, vel fracta, vel collisa, vel vitiata, vel corrupta sunt, vel quoquo modo subtilata à rerum natura. dubitatur autem an res distracta verbo *perisse* contineatur : qua de re doctores passim in iure.

l. Creditores. 10.

Creditori loco non haberi ait hæc lex, quibus natura tantùm debetur : & contra tit. *de constit. pec.* creditorum loco habentur, quibus natura debetur, vel natura debere fuerit, vt constituta pecunia, l. 1 *ff. de constit. pecun.* sic etiam in tit. *de fideiussoribus*, creditoris loco accipitur, quibus natura debetur : nam, vt fideiussor accedat velim, sufficit, si vel prædat, vel sequatur naturalis obligatio tantùm l. 7. *ff. de fideiuss.* sed hoc dicitur per quandam abusionem : creditorum autem loco accipiuntur hi, qui exceptione temporali repelli possunt, velati pacti conventi temporalis creditores etiam eos hic definit Harmenop. lib. 1. tit. 5. §. 61. quem vide Alciat. *in tit. ff. si cert. pet. num. 7. Creditores & Creditoria. de verb. signif.* ita lex intelligi loqui abhinc de credit. qui comprehend. qui est creditor propriè, & improprie, vide Isam. Carrpeg. in artic. ille, vtrum credi dicatur ille, cui ex delicto, & leg. ab quo debetur, *in §. neg. in fin.* vide decl. in l. *cum pro. ff. si cert. pet.* in fi. *ff. de condict.* Sunt licet illi erat potest posse tam, et *erat in Creditorum appellatione.* videlicet, quod illa verba, *creditores accipiendi: esse confiat, &c. quibus debetur ex quacumque actione*, vel *perfectione*, intelligantur de improprio credit qua aliàs sequi erat, quòd ille qui purè est creditor, & autem agit pecuniam, alicuius improprie esse creditor, quod non est dicendum contra omnes in l. 1. *ff. si cert. pet.* Creditor ergo in diem, vel sub conditione dicitur propriè creditor, cùm requiratur illa verba, fiet potest, fiet in diem, vel sub conditione, ab illis verbis, creditores accipendos esse constat. Sed respondet quòd text. in *l. si creditorem, & in hac Creditores.* loquitur tam de proprio, quam de improprio : & sic illa verba, *creditorum, & creditores* generaliter de proprio, & improprio intelligi debent.

l. Creditorum. 11.

Probat ille textus quòd creditor dicitur ille, & propriè, cui debetur ex dei cto, vel ex legato constituto sub illa verba in primis *creditorum appellatione* quæ de proprio creditore intelligitur, per verba sequentia, *qui pecuniam crediderunt*, quæ aliàs sequitur, quòd ille, qui mutuat pecuniã, impropriè dicendus est creditor : quòd non est dicendum, intelligenda illa verba, *creditorum appellatione*, de improprio creditore. Cum ergo text. ille loquatur de proprio creditore, & in fin dicat omnes, quibus ex qualibet causa debetur, appellatione creditorum accipiendos esse. Ergo & propriè hi, quibus ex causa delicti, vel legati debetur, propriè creditores dicuntur.

Nunc videamus quis sit propriè creditor & certè est text. clarus, & aperte in *l. creditor autem est. ff. de verb. sign.* nam dicitur ille qui exceptione perpetua subsumi non potest. Sed illa descriptio creditoris propriè cadit in illũ, cui debetur ex causa delicti. & ex causa legati. Ergo propriè dicuntur creditores. Et quod text. *Ad creditor autem &c.* loquatur de proprio, patet. & vero creditore, probo. Nam considero quod in præcedenti l. C. declarat erat, qui essent condemnandi creditores, qui certè dicuntur improprie creditores, vt teneat communiter Doct. in *l. ff. si certum pet.* & dicuntur hi, dicit text. quibus eosdem competit actio : est autem competitura, & qui ipsum habuit, vt competat. Et sic in l. præcedenti exponitur l. C. creditor, ossionales, & improprie subsequitur in l. seq. l. C. exponere, qui esse putat, & propriè creditor, dicit : creditore autem is est. Nam considera dictionem illam, *aut*, quæ ponitur distributiuè ad præcedentia. hæc dicunt contrarium præcedentia elucidat. Textus est cum glo. & ibi not. Bart. in *l. hoc amplius. §. de hoc autem. de damno infecto.* sed præcedentia locuta fuerunt de improprio credit. sequitur ergo quòd sequentia loquantur de proprio.

l. Vt si cui. 12.

Creditores accipimus eos, quibus hæc ciuili lege debetur, velut ex stipulatu, ex empto, locato, conducto, mutuo, vt iure honorario, vel actione de constituta pecunia, l. 2. §. *vlt. ff. de const. pec.*

Quòd si ex pretoriã actione. Male Gener legunt, *pupillari*, pro *populari*, qua de re vide Cuiac. *lib. 11. obser. cap. 12.*

§. Minus. 1.

Hoc pertinet ad verbum *creditorum* vt scilicet intelligatur, eum, cui solidum solutum est, creditorem manere, si tantùm solutum sit, quòd superfit ex eo, quod interest, actio : hæc igitur regula, ut creditorem maneat, cui integra fors soluta est, sed tardiùs : ideò interusuri pensionem superesse, quæ soluto non soluto, *l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. oblig.* si igitur minus solvit, qui tardiùs solvit, recte dicemus eum nondum solidum solutũ esse, etiam si fortem integram soluerit : & hoc est quod ait, *si solidum ff. de solut.* solidum solvitur non minus quantitate, quam debiti est, minus intelligi, non tantùm à summa, sed etiam à die.

l. Mulieris. 13.

Ad facilitorem locus hujus legis intellectum, vide Forcat. *necessarium dialog. 22.*

Vide Alciat. hic laud : vide Rip. *ad l. 2. §. ff. si famosa. num. 13 ff. de prin. credit.* Steph. Forcat. *in necessar. dial. 22. num. 4.* dicitur autem hoc, quòd mulieris appellatione etiam virgo vir poterat contineri. Veriam eruditi quos, & quibus modis dicatur, præter hic dicta ab Accursio, vide Bart. in *l. Servus leg. ff. de legat. 3.* adde etiam Gil. *in consilio. 32. n. 1.*

§. Res. 1.

In hac l. Bellon. *lib. 4. silvæ. cap. 13.* Conflat autem eam rem abesse, quæ deperiit, & in rerum natura esse desiit : sed abesse etiam videtur domino ea, quæ redigitur in usum, si corrupta sit & vitiata, vel transformata ; veluti vestis scissa, vel scyphus collisus, vel tabula rasa, pictura protinus effigies, prope celsa est, vt videatur eas periisse, cui ea forma mutata est, *l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibe.* Harmen. *lib. 6. tit. 5. §. 2.* in tribus autem hominum non sunt, quæ rum pretium abest, *l. seq.* sic etiam abest in quibus locum est. quo pertinet *l. 199. §. fin.* vel qui extra commercia est.

Si corrupta vitiata sint. Res abesse dicitur, quando sed dum corrupta, vel transfigurata : corruptio certum, & manifestatio formam ei mutat, & species non videtur exhibere formã mutatam vt *l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* hic etiam modi debentur, aut deperitum non possit, aliis eadem causa redditur : & generaliter de hac voce *Abesse*, vide Hottomanum in *tit. de verborum signif.*

Quorum plerumque. Perperam Hottomanus emendat, *Quorumcunque*, contra fidem omnium librorum.

Manus prætia. Vide Etasm. Chil. *cent. 9 prouerb. 13.* Vnde Virg.

Artificum manus inter se operumque labores mutare.

§. Definere. 2.

Res desinere abesse tunc videtur, cùm sic redit in possessionem, vt amittere eius possessionem possimus ex *l. Iuniores. 4. §. 8. ff. de vsucap. l. quo fundum. 7. §. 7. furtiua rer. ff. pro empt.* Gell. *lib. 17.*

§. Ob hoc. 3.

Res dicitur abesse, quæ furto subtracta est, vel rapina, quod est furtis improbius : ficus ex *l. §. pen. ff. de pet. hered.* periisse videtur res furto, quæ etiam rapta à fure : abesse fullone videtur res, quæ furto subtracta est, licèt redierit in possessionem domini, si modò non tanquam res mea retinent, & sic desiit abesse dicitur, vel pretium.

l. Labeo. 14.

Scyphi collisi Scyphus est vas potorij genus, quo veteres vti fuisse in comitiis : qua de re Cicero *6. Verr.* Plin. *lib. 33. c. 11.* Plutarchus tamen *in Antonio* narrat in ipso principio scyphum potasse videtur pro eo vale, quod vulgò Bassin licimus Macrob. *lib. 3. Saturn. cap. 22.* vnde Virgilius, *& facer implenat cernunt scyphos.* vide Cuiac. *ad lib. 7. Pauli ad edictum, tom. 1.*

§. Res. 1.

Rem amisisse videtur : qui nullam eius persequendæ actionem habet : vnde conflat, quòd qui actionem habet ad rem recuperandam, eã amisisse non dicitur, vel cui actio à pretore restituti potest.

l. Bona. 15.

Bona publica propriè sunt populi Romani, & abusiuè bona fiunt ciuitatis cuiuslibet : quia in vita publica habentur, vt vias publicæ, theatra, amphytheatra, stadia, loca sacra, vel religiosa, sed bona publica sunt ciuitatum.

l. Eum qui. 16.

Fomentum *lib. 2. Sibyll. cap.* Cæsaugne autem eum hac lege *l. 12. ff. de publi.* vbi definitur quis dicatur publicanus publicarum rerum hic definit Gaius, qui vectigal populi Romani conductum habet. harum autem ordinem & numero ampliissimum, & pensionatum & gaitate potentissimum fuisse constat, vt ait Cicero pro Plancio.

Nam publica appellatio. Res publica propriè dicitur ipsa ciuitas Romana, vt not. glos. *in rub. l. in §. autem nec de elect. in prag. sanct.* in verbo *Respub. adde glo. in Authen. de haered. & Falcid. in princ.* Bart. *in rubr. C. de iure fisci.*

l. Inter. 17.

Nota hic quòd res religiosæ, sacræ, publicæ efficiuntur, bona ciuitatis, peculia hominum ciuitatis, inter publica habentur.

§. Publica. 1.

Cuiac. *lib. 3. obser. c. 31. & lib. 6. c. 28. & lib. 7. c. 42.* publica vectigalia propriè dicuntur, quæ populum Romanum, vel fiscum, qui populo Romano succedit, redeunt.

Vectigal portorii, & venalium rerum. Aliud vectigal portorii, aliud rerum venalium : & propriè vectigal rerum venalium id dicitur, quod exigitur à fisco ob eredit. eorum publicè proponendam vbi est, ob merces publicè proponendas, *l. 2. C. de iure fisci* quod vectigal fuit emancipatum venalium diu confirmatum præterea rerum, modò necessaria, modò luxuriosa Tacitus *lib. 13.* Cuiac. *lib. 6. obser. cap. 26. & 7. obser. 1. & 2.* vectigal autem rerum venalium non est oblatum, & vti. dicuntur qua de re vide Cuiac. *lib. 6. obser. cap. 18.*

Pellices autem legebantur *pellariorum* : nam Tullius in Bruto *picarios* dixerunt & huius verbi vi congrua enunciant. *picaria* : picaria autem sunt, in quibus pix coquebatur qua de re Plin. *lib. 16. c. 12.*

Salinarum vide Cuiac. *lib. 1. obser. 31.*

l. Minus. 18.

Manes tribus modis dicunt hoc loco Paulus vno modo, quod essentia causa penitentur alterna officium, vt munera militaria, reliqui autem ait in & exercitum, quæ qui faciunt, dicuntur militare manibus tertio modo manus significat omnis exule, quod tam remetant, munera, mili ; atque vacationem præstet.

Igitur

Igitur municipes dico. Municipes tantum hi proprie sunt, qui muneribus tantum populi Romani sunt participes, non dignitatum, non sufragiorum: porro municipes habent Remp̃ublicam separatam a populo Romano: suis enim legibus utuntur: ex quo intelligitur, quid differat a colonis.

Tertull. *lib. de fugitiv. c.* 10. Lips. 1. *Saturn. c.* 7. hinc *munificus* apud Festum est officiosus & immunis, qui nullo fungitur officio.

Et quæstum muneris municipes. Muneribus ij sunt, qui non vacant: sed munus principi præstant: de quo Veget. 2. 20. 7. Plin. 11. *ep.* 40. vide Budæum h.c. & Petr. Fabr. 1. *Semestr.* 17.

l. Labeo. 19.

Pro intellectu huius legis vide Anton. Guibert. *lib.* 1. *quæst. iur. cap.* 8. Bellon. *lib.* 2. *Sapper. cap.* 17. Explirantur autem hic quid sit actum, quid actum, & gestum. Labeo proprietatis verborum studiosissimus fuit.

Et actum quidem. Actum propr è interpretatur esse, *fieri* verba, aut quid agitur: velum stipulationem, aut rogatio, aut pronuntio.

Contractum. Contractum esse rem consensu perfectam, vnde manet naturaliter obligatio vel, ut ipse ait, *actiones esse vltro, citroque obligationem*, vt in emptione, venditione, locatione, conductione, & similibus: & hi proprie sunt contractus, quos aut appellat *synallagmata*. contractus igitur propriè est, res consensu perfecta, vnde manet obligatio naseatur, vt si quis velit ex contractu cõfirmare distractũ, fiue acceptilatione eli, vltro, citroq; liberatio.

Gestum rem. Gestum ait Labeo hoc proprie esse siue verbis rem factam: vel numerationem pecuniæ, vel quasi ex contractu.

Græco synallagmata. Vide Alciat. 2 *præterm. hac ipsa voce.* & Anitorelem in Ethic.

l. Verba. 20.

In hanc legem Valerius *lib.* 2. *misscel. c.* 27. Lapus *allegat.* 41. An autem in testamento conscribi possit, ndicat, vide quæ notat Gomez *ad l.* 22. *in fin. ff. qui testam. facere poss.* hinc autem colligere possumus, nec tutò, nec patere argumentum duci à contractibus ad vltimas voluntates.

l. Princeps. 21.

Princeps bona consecrendo per restitutionem in integrum, videtur etiam obligationes concedere, & primum quidem si fuerit restitutio sine indulgentia generali, vt si omnes exules poena liberantur principe, vel etiam si quem exilio damnatum princeps specialiter restituerit exulare, & dignitates, bona eum restituisse non videtur: nec enim plena est restitutio, ergo nec obligationes, siue actiones: sed & bona, & actiones, siue obligationes fisci, & in fiscum competant, *l.* 2. *C. de fratern. pact.* Vide Cuiac. in *comment. ad lib.* 11. *Pauli ad edictum, tom.* 1.

l. Plus est. 22.

Plus est rem restitui, quam exhiberi, & ideò qui rem exhibet tantùm, nihilominùs condemnatur in quadruplum, vel in id, quod interest: quia non satisfacit arbitrio judicis. exhibere autem est copiam tantum præbere, restituere est possessorem facere. rem restituere est damnum præstare, & rem deteriùs factã fieri quoq; restitutionis verbum continet omne casum præstandi, & hoc quidem in arbitrariis actionibus: & plus est, quàm exhibere: nam exhibere enim est nõ satisfacere arbitrio judicis. Interdũ exhibere tantum valet, quantum restituere: sed non semper sic. vide hoc loc. ita accipe verbum exhibendi, exempe in *l. Julianus. §. quantum. ff. ad exhib.*

l. Res. 23.

Malè inscripta est hæc lex. Flor. enim est Vipia. *lib.* 14. ad edictum reponendum est 13. & referenda est ad eadem de alienatione iudicij mutandi causa facta: in illo etenim edicto rei nomine non tantùm continetur corpus, sed etiam ius, vt si quis iura prædiorum alienorit, *l.* 4. *§. ad iura ff. de alienat. iud. mut. c. an. fact.* complectitur etiam res verbum, tam suum, quàm peregrinum, quæ sit aute alienationem, *l. ex hoc edicto ff. eod. tit.* sic etiam est in stipulatione rem pop. illi fieri fore, *l. 3 ff. rem pupilli fieri fore.*

l. Nihil. 24.

Adde quod aliud est hæres, aliud successor realis, secundùm Paulum *in 1. tam in contract. nu.* 3. *de iud.* & ne appellationes successorum verear etiam particularis, hæc *cons.* 137. in *f.* Adde modò hæredem ff. Novam.

tus cùm sit quid intellectuale, non circumclusum loco, non videtur comprehendi sub statuto disponente de bonis, secundùm Alex. *cons.* 44. *col.* 2. *vol.* 3. vbi quod tamen eget consideratione quare cogitat.

In hanc legem Valerius *lib.* 1. *misscel. c.* 2. 30. ait autem hoc loco Gaius, hereditatem nihil aliud esse, quàm successionem in vniuersum ius, quod defunctus habuit: quasi dicerat heres, est successio vniuersi iuris, quod mortuus fuit, *l. quotiens. §. hæredes ff. de hæred. instit.*

In vniuersum ius. Multa his verbis comprehendimus: complectimur enim commoda, & incommoda, debita & credita. in hæc omnia heres succedit, atque ita non tantùm succedit in dominium rerum singularum, sed & in nomina, & obligationes, tam actiuas, quàm passiuas: aliter Cicero desinit hereditatem in Topic. 6. quem vide. Vide Bart. in rubrica *de acquirend. hered.*

l. Rectè. 25.

Ait hoc loco Paulus eum fundi totum nostrũ esse, etiam cuius vsusfructus alienus est: vbi nde rectè is totũ fundum suũ esse dicit, non tantùm qui pleno iure dominus est, sed etiam ad quem tantùm ea pertinet vsusfructus, ad id proprietas, quæ sola efficit dominũ, & patit vindicationẽ, & vsusfructus non est pars dominij, neque species, neque seruitutis est pars, id est species: licet vis est seruitutis species, proinde vt aiet est seruitutis pars, ita vsusfructus est seruitutis pars, id est species. *fol.* 304. n. 5. Arius Pinellus, *C. de bon. matern.* Vide Cuiac. *commune ad lib.* 11. *Pauli ad edictum, tom.* 1.

§. Quintus. 1.

Pars duplicitèr accipitur pro diuiso: vtraque rectè vindicatur: de parte pro diuiso dubium non est, quia per diuisionem propriè. sunt esse pars, & interest esse totum: constat de parte pro indiuiso ambigi potest, sed hæc etiã rectè vindicatur, si constat quanta sit, puta tertia, vel quarta, vel simili. *l. 8. ff. de rei vind.* Est autem pars pro indiuiso propriè pars, vt hæc lex propriè significat, & communis est. propriè, quod pro indiuiso communi est, & in quibusdam pronunciis compatibus appellatur indiuisa, quæ dicuntur etiam communia: pars autem pro diuiso est totum quoddam potiùs, quàm pars.

l. Partum. 26.

Scæuola, vt ait hoc loco Vlpianus, negat partũ esse partem ancillæ furtiuæ putabat enim partum esse in fructu fructus autem pars non est, & proinde partum posse vsucapi, editum apud bonæ fidei possessorem, non ab eo quidem, apud quem editus est, cùm statim ei acquiratur, quasi fructus, siue fortes pecoris: sed vsucapi posse ab alio bonæ fidei possessore, apud quem non sit editus hoc latius explicatur in *l. 3. §. ultimo. ff. de vsucap.* Verùm Marcellus aliud fuit indicium: ait enim rectissimè partum esse partem ancillæ furtiuæ, sed huius rei facilia solutio est. Aug. *lib.* 3. *c.* 18.

l. Ager. 27.

Agrum propriè esse locum sine ædificio, siue villa, cum particulis ad vsum hominis, declarat hoc loco Vlpianus, & quod in vrbe est area, id rure est ager. Varro *lib.* 4. *de lingua Latina. §.* 4. Modestus *lib.* 13. *Dig. c.* 13.

§. Stipendium. 1.

In hunc §. Cotta in voce, *stipulum.* Cuiac. *lib.* 7. *obseruat. cap.* 1. Nota autem hic differentiam stipendij, & tributi: nam stipendium infertur populo, & tributum principi. vt *opinio nostra Thesph. in §. per traditionem. Instit. de rer. diuis.* & de hac differentia vide Cuiac. 7. *obseruat.* 3. Porrò stipendium à stipe appellatur, quòd per stipes colligatur, Plin. *lib.* 13. *c.* 9. militum stipendiarium, inquit, id est, stipis ponderandæ gentilitio in hæc summa stipendium, tributum etiam dicitur, & confundantur promiscuè, verum tributum dicitur à contributione collectorum quod militibus contribuatur: ignes fabriles tamen est quædam inter stipendium, & tributum differentia, quæ non semper obseruatur, & de hac d. Hieronym. vide Cuiac. *lib.* 7. *obser. cap.* 3.

l. Alienationis. 28.

Annibal de Caro *in rubric. ff. de vsucap. nu.* 19. nouat. Anton Pucel. *in repetit ad Auchent. ut si transeat. C. de bon. matern. milit. fol.* 61. *n.* 2. 3. & *sequentibus.* Ad glossem in princ. quod prohibet alien. per leg. censetur prohibita etiam vsucapio, vide Socinum *in reg.* 1. 3. *Alex. cons.* 59. *volum.* 3. *lib.* 3. Affict. *decisi.* 4. *num.* 4. Hæc autem lex est ex lib. 22. ad edictum Pauli, cùm ponit referenda ita ad librum 23. verum in summa vult venditionem significare, aut donationem, aut permutationem. Sed etiam interdicta alienatione interdictum vsucapionem videri, ne quis putarit rem vsucapi: eodem modo alienasse videtur, qui seruitutem non vtendo perire passus est, post litem contestatam, vt etiam hoc loco declaratur dominium acquiri, & amitti vsucapione.

§. Oratio. 1.

Oratio soluta est quæ neque coniunctionem, neque disiunctionem habet. Oratio soluta est, quæ ad quæstionem hereditam pertinet, si quis heredes scripserit in hanc modum: Lucius Titius, P. Mæuium heredes sunto, quæ oratio superiori pro coniuncta accipitur, quamuis ei fortasin eis adscripserit aliam cohæredem ex alia dimidio a parte, *l. scripsit §. hæredes*, sicque illi tres Mæuius, Titius, Seius, qui numerati, vel nominati fuerint orationi soluta, videntur coniuncti in eam dimidiam, & re, verbisque coniuncti.

l. Coniunctione. 29.

Nihil mirum est si soluta aliquando oratio accipiatur pro coniuncta, cũ & coniunctam orationem aliquando pro disiuncta accipi conueniat, vt si dixerit mihi, hæredique meo dari, vel ut hæredemque meum seruorum: nec enim mihi hæredem meum comparo: sed id tantum ago, vt vel mihi, vel hæredi meo dari detur, nõ simul quidem verisque, & ita coniunctio pro disiunctione accipitur. sic etiam dicitur pro coniuncta accipitur, vt in actione pro socio, cuius formula hæc est, quod pro socio, communiterve gestũ sit, *l. actiones. §. si post. ff. pro socio.* de enim disiunctio pro coniunctione accipitur. vide Cuiac *ad lib.* 22. *Pauli ad edictum, tom.* 1.

l. Sylua. 30.

Hæc lex cũ sequens pertinet potius ad Grammaticos, quàm ad Iurisconsultos: huius autem legis quæstio est, an is, cui legatum est vsusfructus fundi, cuius particula quædam habet syluam, an sylua cædua vi possit: & sane si nominatim syluæ cæduæ constituatur de vsufructus, cædere poterit: sed si fundus vsusfructus legatus sit, in quo sit sylua cædua, hoc casu fructuarius sylua cæduas vti non poterit, quæ illa sit, & compendij causa, ita ne vendere sed ad eum durntaxat modum, quo patrefamilias ea vti eamque cædere solebat.

§. Stipula. 1.

Gaius definit hoc loco stipulam illectum esse spicas in messe desectas primum, & cepisse inde operam messis, deinde eum esse actum, legunturque spicæ in fundo tremere desectas. Græci *calamatas* vocant, in præsi est Scioere cum legantur, quæ prænominatas, quasi diceret hoc loco Caius, spicas, quæ post metitorum tergà à tenuioribus legi solent, stipulas appellari, vnde Terentius in Adelphis: *prater hanc metidæ ipso faciam*, vt stipulam colligam.

§. Noualis. 2.

In hunc §. Alciat. *lib.* 3. *præterm.* 3. Proponitur autem hic duobus definitis nouale esse, & integræ, nouale definit esse terram primo anno, quæ anno cessauit, quam Græci *neorra* vocant, quo quidem loco legendum est *neorum*, vt in Basilica.

Terra prædia. Malunt quidam legere *prædia*, quæ statim proscissa est, verum præsia rectum est, hanc terra dicitur etiam eno nomine verò adsit, cui opponitur terra integra, sed etiam ea dicitur, quæ non est præsia, sic etiam veteres Grammatici inquiunt, Nouale agri est, qui primum proscissus est, ad quam significationem respexit Ouid. *1. Metamor.*

§. Integra. 3.

Integra terra ea definitur esse, in quam nondum per vices iumentum est: rectè autem nouali terræ opponitur integra: vnde Columella *libro sexto*, dum parua differentiam inter pastorem, & agricolam, ait agricolam gaudere solo subacto herboso, pastorem nouali graminoso vna recipit pecus, alia non recipit: itaque fructuarius immittit pecus in nouale, non in integras terras. nam & huius rei vsus non habetur, & modicum etiam supplentant herbam.

§. Glans. 4.

480/C.IV.K.5-3, 41
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Glans cadura est, quæ ex arbore cecidit: qua de re est lex vetus *ff. de glande legenda.* verumtamen hæc nimis propria videtur significatio: nam cadum non quod teritur, *sed* quod facilè cæsarum est, ruinæque minatur, significat: unde & parras cadueas dicitur.

§. Pascua. 5.

Pascua sunt, quæ pabuli pecorum destinata sunt.

l. Pratum. 51.

In hac lege definitur pratum esse, in quo ad fructum percipiendum falce opus est, quia paratum operam debeatur, & ideò veteres in agricolatione primas tribuunt pratis: unde nota hoc, quòd prati fructus non pertinet ad fructuarium, dum pedere necesse enim est, ut fœnum cædat, fœnum cæsum pertinet ad fructuarium. *l. si absente. §. vlt. ff. de usufr.* l. 13. §. vlt. *ff quibus modis usufr. amit.* sed non facto fœnicidio, si deceſſit fructuarius, an poterit hæres cedere, minimè.

l. Minus solutum. 32.

Cuiac. *ad lib. 14. Pauli ad Edictum. com. 1.*

Hæc lex lucè expolita fuerit supra in l. 12. *ne fil. nom. §. 3.* Minus solutum dicitur, quando minus si solvit, qui nihil solvit: ut l. 30. *§. ead.* & qui tardius, & in quem ampliorem summæ conqueri ait o. l. 13. *§. ead.* vel quia non integram summam solvit, ut *ad l. 8. ff. de solut.* In hoc autem notabis quòd compensationem *minui*, fumitur aliquando pro posituum, ut in hac lege videre est: præterea varia exempla huius rei proponit hic Accursius, quem vide.

l. Palam. 33.

In hanc legem vide Corsi. *epist. qu. cap. 11.* & ad eius fadionem intellectum vtar exemplo *Mithridatis* edicti, quo venditores iubebantur morbos, & vitia mancipiorum palam, & rectè pronuntiare, ac dicere, *l. 1. & 3 ff. de ædil. edict.* palam est coram pluribus, narrato eo edicto pronuntiare, & dicere, idem est, quod in ius tab. linguam nuncupare. Cùm, inquit, Decemviri nexum fieri et mancipium quæri vti lingua nuncupassit, ita nos est: omnes autem nuncupatio palam fieri debet: id est coram septem testibus vel coram pluribus, quàm septem, *Theophil. §. 7 ff qui testam. facere poss.* non tamen mirùs, quam septem.

l. Actionis. 34.

Si lex alicui actionem indulget, & perfecutio nemine in *l. 10. confitentem, supra d. t.*

Perfecutio. In rem fcilicet, vel in perſonam, vel extraordinaria *l. 178 §. 1. ff. ead.* directa, utilis, præiudicialis, prætoria, interdicta. *l. 37. supra de obligat. exceptiones, l. 1. ff. de except.* Actionis item vocabulo continetur interdictum, præiudicium, officium iudicis, vt optimè notat Sichardus in *Institutum. C. de procuratoribus.* Vide Cuiac. *ad lib. 14. Pauli ad edictum, com. 1.*

l. Restituere. 35.

Restituere usum fructum, à tempore litis contestatæ, percipiorum nomine tenetur: vt *l. 20. ff. de rei vindic. & §. 3. ff. ad exhib.*

Usucapionis causam, & fructum. Rem restituit, qui eandem vsucapiendi, possessionem, *l. 11. supra eod.* fructus, partes, *l. 20. ff. de rei vindic.* vtilitates *l. 3. §. vlt. ff. ad exhib.* omnes vtilitates, *l. 81. §. eod.* corpus *rei, omnem usum, conditionis adimpletæ vtilitatem, l. vlt. in fine, §. eod.* omnem causam, *l. 31. ff. de rebus credit.* & posituram statum restituit, *l. 3. §. 14. ff. ne quid in loco pub.* qua de re Hartmen. *lib. 6. cap. 3.* Vide Cuiac. *ad lib. 17. Pauli ad edictum, com. 1.*

l. Litis. 36.

Docet hac lege Vlpianus, litis nomine significari tam actionem in rem, quàm actionem in perſonam. & pertinet hæc lex ad titulum de in litem iurando, quod quidem complectitur omnem actionem, & eſt iusiurandum in litem, quod iuramus rei, quæ in iudicium deducta eſt, æſtimandæ causa. nam iurat adversarius quanti rem æſtimat, quam adversarius contumaciter tenebere detectat: litis igitur nomen in ea parte referetur ad omnem actionem, & ideò promiscuè vtimur litis, & actionis appellationibus. *Litis ff. de iudiciis.*

l. Verbum. 37.

Paulus interpretatur verbum, *operam*, referri ad veritatem: fcilicet rem damnari oportere in pretium, quanti res eſt: non quanti rem æſtimaverit iudex. sequi enim debet iudex veritatem, non rem æſtimare suo arbitratu, etsi tamen alia parte eius dem edicti, qua cautum, vt is, qui dolo malo defit poſſidere, condemnetur quanti ab adversario iuratum fuerit in litem, & ea in parte verbum *operam* non pertinebit ad facultatem iudicis.

l. Ostentum. 38.

Duo eſſe oſtentorum genera declarat hic Vlpianus, quæ non eodem modo expiantur: ſed alia expiantur maioribus hoſtiis, alia lustrationibus. Livius *lib. 1. & lib. 27. & 41.* ſic etiam ius pontificium docuit, duo eſſe portentorum genera, vnum eſt, & quod contra naturam fatum ſit, & genitum, vt Graeci ante pœnas elegantes *ὑπερφυὲς* dicentium facili inter factum, & genitum, hac ratione, ſubiicit vt gigas dicatur contra naturam, equus biceps, aut puer quadrupes fieri autem, veluti puer cum elephanti no capitenaque ita ſcitè oſtendetur quòd dixit geminum à fatio, quæ duo verba accurate etiam diſtinguunt Theologi.

l. Subsignatum. 39.

Subſignandi verbum tunc poni poſſe ſcripſit, & civilis, acciplt quoque pro ſubſcribere, vt hæredibus ſubſignare testandi eſt ſubſcribere testi ſuæ & ceremoniæ, ſic veteres loquuntur. Feſtus in verbo, ſignare: aut qui potebant pro ſcribere, vt conſignare, & ſignare pro ſcribere, & conſcribere antiquum ideæ eſt ſubſignandi verbum, antiquum deſcribendi vero bum pro decurionatione, & contra etiam Feſtus reſignationes pro reſcriptionis. Vide Cuiac. *ad lib. 13. Pauli ad edictum, com. 1.*

§. Bona. 1.

Bona ac ſpolia fuit deductio æris alieno, & huic conuenit *l. 13. ff. de iure dot. l. 1. & 3. ff. de collat. l. 6. C. ad legem Falcid.* in eo autem differt ab hereditate quòniam bonorum vſufructus legato aut deduri cur ex omnibus rebus, *l. vlt. ff. de vſufr. leg.* hereditate verò legata non deducitur, *l. 104. in fi. ff. de leg. 3.* quia poſſunt in hereditate eſſe onera, & ita bona, & hereditas diſtinguuntur in *l. 83. ff. de leg. 3. & in l. 185. §. ad Treb.* in ſtipe tamen nota quòd collatio bonorum ſit etiam deducto ære alieno.

§. Deteſtari. 2.

Deteſtari eſt verus pour ſuium verbum: rectè Sonius ſcribit *lib. 10. de ſuccis deteſtandis.* Gellius enim *lib. 6. cap. 12.* citat Seruium dicto loco. Paulus itaque hoc loco ait deteſtari eſſe abſenti denuntiare teſtibus comparatis, aut comparatis: ſic etiam deteſtatio in vit. tab. accipitur pro denuntiare abſenti cum omnibus hæredibus, & legatariis, quibus tanta pars bonorum relicta eſt, quanta hæredibus, & hi, qui vtuntur plurimum bonorum de functi, vt Cicero *ad 1. de legibus.*

l. Deteſtatio. 40.

Deteſtatio deſtruitur hoc docuit auto facta conteſtatione cum teſtibus vide autem in hunc locum Alciatum, vbi agit de teſtatione, nuntiatione, denuntiatione, obtestatione, atteſtatione, contestatione, & eorum eſt teſtibus qua de re adde Cuiac. *5. obſerva. 16.* vbi de atteſtatione tractat. inuenitur & apud Gellium *lib. 10. cap. 27.* deteſtatio ſacrorum.

§. Seruï. 1.

Seruï appellatione continetur etiam ancilla, & è contrario ancillæ appellatione ſeruï non continetur, *l. ſeruis ff. de leg. 3.* quod ſanè obſervandum eſt, etsamſi vtriuſque eadem ratio ſit: nec de ſeruitute legata ancillæ ex eam contendit ex proprietate formonis, nonnisque commune eſſe in ſubſtantia, licèt non ſit in profatione ſermonis, interpretatur Angelus in *Equivoque C. de ſervis fugit.* verba etenim generaliter accipienda ſunt: quatenus ex vi ſermonis inferre poſſunt: idem etiam de deſtinato *fundo*, quia continetur etiam fitus.

§. Familiæ. 2.

Familiæ appellatione continetur declarat hac lege Vlpianus non tantùm ſeruos, ſed & liberos hominum, liberos fcilicet, qui ſunt nobis in miniſterio, vt mercenarij, qui mercede nobis operas præbent. Dubium autem hic facit, quatenam fabula à verbo Farsal deducatur, quod ſeruum ſignificat, atque ideò de ſeruis proprie hic debet, aut ex autem ad filios, vel etiam liberos homines trahi: ſed tamen vſus aliter obtinuit qua de re plura dicemus in *l. pronunciatio. 19. §. 1. ff. familiæ erciſc.*

§. Vnicus. 3.

Poſtremò adiecit familiæ appellatione non contineri vnicum ſeruum, nec duos ſeruos, ſignificat tres facere familiam, licet tres colligum faciant in *l. literarum 3. hoc tit.* hæc opinor ratione in colligatam familia, vel optio ſeruorum, tres tantum eligere poteſt *l. 1. ff. de opt. leg.* fragalius enim veterum tribus contenta fuit ſeruis, interuenire prudentem eſt de Catonis fragilitate, qua de re mentio Valer. *lib. 4.*

Ne duo quidem faciunt familiam. Imò duo, vel vnus faciunt familiam, vt *l. 1. §. 6. ff. ne hæred. vaga l. 1. §. familiæ. ff. vrbe vi.* & Cicero *pro Cæcina.* verùm facilis eſt ſolutio, & verba vtriuſque edicti inſpiciantur: qua de re Cuiac. *in Paul. recep. ſent. lib. 5. tit. 4. §. 3.*

l. Armorum. 41.

Armorum appellatio non tantum ferra, & gladios, & galeas ſignificat, ſed & haſtas & lapides Angeli autem ſententiam ſequi hic non poſſum, impropriè dici exiſtimantes quæ ſolum defenſionis, nulla parantur: id enim à barbaris olim mentis ac ſententia procul abeſt: non tantum negotiorum ex fabricis materia armorum appellationi ſed aliter quandoque aſſumi, vt in Iuſtiniani conſtitutione de armis qua fabricenſibus prob bet, ne armis priuati hominibus vendant: intelligitur enim de his, quæ militaris bus vſui eſſe poſſunt, quoniam id publicæ ſecuritatis cauſa conſtitutum fuit.

l. Probrum. 42.

In hanc legem Forcatulus *nov. rem. dialog. 14.* Probrum autem, & opprobrium idem eſt: ſicut infamia & flagitium idem eſt, & Cicero hanc legem explicuit, vituperationis, & opprobrij vocabulum. nam debentur, inquit, probrum audire, & Feſtus probrare eſt probrum obiicere: itaque infantiam vel flagitium, vel probrum obiicere, nihil eſt aliud, quàm probrum, vel opprobrium, ſi quis dicat fœtum eum eſſe qui non eſt, *Livium apud. §. vlt. ff. de testam.* nam ſi fur eſt, non probrum, vel opprobrium.

l. Verbo. 43.

In hanc legem Forcat. *in pro. lovis. cap. 3.* plerique autem exiſtimant verbum *vinare* ad victum ſolum pertinere. Sed obſtat ſententia opinantium ad vestimenta, & ſtramenta pertinere: quis ſine his vivere non poſſumus, collèmque verbo contineri quidam exiſtimant, cibum, potum, veſtitum, ſtratum patet autem hoc loco quòd verbum vocalium latius patet, quàm diarij, & cibarij, vt *l. 13. §. de alim. & cibar. leg.* educationi autem victus tantummodo, vt ait *l. vlt. ff. de alim. & cib. leg.* hæc de re vide Vallam *elegant. lib. 6. cap. 6.*

l. Et cætera. 44.

Victus appellatione ſignificantur ea omnia, quibus tam ad, quàm ſine corporis gratia utimur: tuemur etenim corpora victu ſuo, & potu, vt *ſupra dicto l. 13.* veſtis, vt *l. 21. ſupr. de alim. & cib. leg.* Quæritur autem hoc an & pharmaca contineantur, vide Rebuffam *in conſilium de ſententia pronunciandis, art. 1. glo. 3.* Sed ii quos fonte de victu tractant, tuetur ſententia cauſa inde de habemus, nec de veſtitu tranſegiſſe legatarius intelligitur, vt *l. 8. §. 12. de tranſactionibus.*

l. In ſtratum. 45.

Iuriſconſultus videtur diſtinxiſſe ſtratum à victu: dixit enim victus nomine. tamen continueri veſtem non ſtragulam, continueri eum inducimus, ut in *l. vnic. ff. de auro & argento leg.* victus, inquam, appellatione continebatur veſtis, non ſtragula: id eſt indumentum, & non veſtis, quæ inducitur ſtratus ait hoc loco omne pallium, quod inicitur *proſtrotæ*, aliud pallium, quod habetur indumento cauſa, vel etiam incidendi, & hoc dicitur *peſtrotæ*, eadem etiam dicitur *cubitoria*: quæ de re vide Athen. *de bello Macedonico.*

l. Pronunciatum. 46.

Pronunciare dicuntur iudices, vel arbitri à magistratibus dati qui cognitionem habent, non conſiliorum, enim tantum habuerunt *l. 6. ff. de re iudic.* iidem & ſtatuere dicuntur, *l. 45. ſupra eod.* quæ tamen verba pœnè promiſcuè vſurpantur & ideò hoc loco pronunciatum, & ſtatutum idem eſt, & promiſcuè pronunciatio, & ſtatutio conducit, quia eos cognoſcendi habent, id eſt iudices dantur. §. 1 propè in videtur eſſe verbum pronunciandi, quando iudices non rem eſſe, ſed mentem non illa verum, id propriè eſt ſtatuere. Sed rem eſſe videri, ſtatuerum verum eſſe videri pronunciabant *l. 1. §. ad*

480/C.IV.K.5-3, 42
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

1. ff. ad Turpil. Idem frueres ff. de liberal. causa. l. ab hac verba. ff. de his, qui notan. infa.

§. Matrem. 1.

In hanc §. Cuiac. *lib. 3. obser. c. 15.* & Rauard. *lib. 4. variar. c. 12.* Aulus Gell. *lib. 18. c. 6.* Festus *verb. lib. 12. c. 1.* materfamilias autem accipitur pro qualibet honesta fœmina, siue sit nupta, siue vidua: de generaliter definit in hac lege Iurisconsultus, neque naralen, matremfamilias facere, non nuptiarum quorum vidua matrisfamilias etiam est, non naturalem, nam liberta, & libertina, que nata est ex serua, matrisfamilias est, sed bonæ mentis. quod videas verba repetit dixit Hortensius *in orat. 7. adOlleriam* de testeorratione loquens, quæ sit per bapel mam, hoc ipso inquit, quod manumissa est, matrisfamilias dicitur, cum ante naralen matremfamilias non fuerant.

l. Liberationis. 47.

Iurisconsultus interpretatur soluisse non tantum eum qui numerauit, sed eos cum qui liberatus est obligatione, *l. 4. §. soluisse ff. de re iud.* idem etiã probatum est in hac lege, quæ ait, illud verbum potiùs ad substantiam obligationis pertinere, quam nummorum solutionem. hoc est eo verbo significare solutionem obligationis potius quam rebus pecuniæ præstationem, de quæ iudicatum solui debuit, si acceptilatione liberatus sit, eciamsi nihil dederit vt in *l. si in separatura ff. de donatio.* Vide Cuia. comment. *ad lib. 16. Pauli ad edictum, tom. 1.*

l. Solutum. 48.

Ad intellectum huius lege, vide Duaren. *lib. 1. disput. c. 1.* Rauardum *ad leg 12. tabul. pag. 18. & sequent.* Cuiac. *lib. 7. obser. c. 17.* loquitur autem hæc lex de in ius vocando in ius enim vocati ab aduersario, sequi debent aduersarium, si id nolint, duci inuiti, trahi, & duci possunt, si modò prius sponsali fuerint: neque enim licet in eum, quem in ius vocauit, manum iniecere, nisi rebus præsentibus, restatur, qui vocant, se manus vlro iniecere, quòd nolit sequi, quo l. citata lege 12. tabul. his verbis si in ius vocabit ne calcanato inficio, inquit antestari, alloquin qui manum inicit, tenetur iniuriarum.

l. Bonorum. 49.

Bona dupliciter dicitur naturaliter, & ciuiliter, id est ciuili modo: ciuiliter ea bona dicimus, quæ nocent, vt hæreditatem damnosam dicimus bona, successionem damnosam bonorum possessionem: in tit. de bonor. possess. bona accipiuntur ciuiliter, aliàs bona accipiuntur naturaliter, quæ beant tantùm, id est, prosunt, vt in l. Falcidia. ita bona accipiuntur, & in tit. de colla. bonorum etiam in titulo de re iud. ergo bona accipiuntur naturaliter, cùm à creditoribus facilitèr bona iudicati petenti accipiuntur & distrahuntur iudicati fortunæ causa, absque vllo onere alterius.

l. Nutus. 50.

Ait hæc lex nutus appellatione contineri etiam pronutum, & vitia: quæ tamen interpretatio non possedit, cùm ipsum nutum personam talem insipientem, vt ei tibi prius ferum pro tua nutu, nõ intelligitur de pronutu, *l. si quis vlo. ff. de iniuriis.* prorsus enim non est auersi quòd sane indicat Iurisconsultus, etiam ne appellationem peregrinam, peregrine enim nihil aliud est quàm extendere.

l. Appellatione. 51.

Ait enim hæc lex parentum appellatione, non tantum patrem, sed etiam matrem, auum, auiam cæteráque superiores contineri, quasi dicerat parentum nomine ascendentes intelligantur in infinitum, *l. 4. §. 2. de in ius vocan.* quonodo autẽ hoc verum sit, vide *l. vlt. C. si aduer. diuis.* adnotat autem notanter hic est, quòd parentis vocabulum interpretatur ad omnes ascendentes ut non ex vocabuli propria significatione extendimus & sæpe parentes hodie vulgò intelligimus eiusdem gentis, & iuierem quoquo modo coniunctis, quod & Hieronymum non latuit. *lib. 3. aduersus Rufinũ.* hinc est patentela, quæ dicitur apud Capitolinum in Gordiano iuniore.

l. Patroni. 52.

Patroni appellatione continetur etiam patrona ita vt masculinum concipit quandoque fœmininum: quod tamen vbique verum est, vt pura lege per muliebrem qualitatis de masculo loquetur in materia etiam successionis masculinum non concipit fœmininum. Idem etiam est in coniunctibus, vbi quoque mentio virilisque sexus deducte facta est, masculinum non concipit fœmininum. denique si verba ad literã sint intelligenda, masculinum non concipit fœminineum, verumtamen in vltimis voluntatibus masculinum comprehendit fœmininum quia legatis mulis, mulæ etiam continentur. *l. qui dicto. ff. de leg. 3.*

l. Sæpè. 53.

In hanc legem Rauardus *ad leg. 12. tabul. pag. 18.* In summa autem vult hæc lex quòd oratio contiõa ponetur pro difunctis, nisi vera dispositio alia repugnet. Vide Cuiac. *ad lib. 19. Pauli, ad edictum, tom. 1.*

Solutio pro separatis. Orationes solutæ dicũtur in quibus connectio non est copulatiua, vel disiunctiua, & quidem quandoque pro separatis, & disiunctis accipiuntur, quandoque etiam pro coniunctis, hoc loco hoc non dicatur. *Adgnoscerem. Genitiuum quæ.* Qui dicantur gentiles, vide Ciceronem in Topicis, in loco à definitione, & Author. ad Herennium.

§. Item. 1.

Huius §. quæstio est, an hæc verba eã, cuius opę, conditio furtiua factum fit, coniunctim, an separatim accipi debeant, varie fuerunt in hoc antiquorum sententiæ. Sed Labeo cum, qui separatim accipienda dixerunt, probauit quòd alter sit ope, aliud consilio furtum fieri, vide qui facilius opem adhibet, furti teneatur, tametsi ipse non consuluerit factum fieri debere.

l. Conditionales. 54.

Creditores conditionales appellantur, quibus nondum competit actio, sed est competentia: & facit ad hanc legem *§. 4. in fin. Inſtit. de verb. obligꝰ.* conditionalis autem creditor, proprię nõ est creditor, vt optimè declarat doctissimus Alciatus *lib. 8. resp. 71. num. 9.*

Vel qui ſpem habent. Hic nota quòd spei quandoque, & sæpissimè ratio habetur.

l. Creditor. 55.

